



Re. 4

0/10

Vle.

album 00

in 30 1709

Vle

VIII

Nat. d. Gew.

2 V. 22.





NOVI
PROVENTVS
HORTI MEDICI
ACADEMIAE
VITEMBERGENSIS

CVRANTE

IO. HENRICO HEVCHERO
PHILOS. ET MED. D. ANATOM. ET BOTAN.
PROF. PVBL.



VITEMBERGAE
APVD JO. LVDOV. MEISELIVM
M DCC XIII.

ILLVSTRISSIMO
ATQ.
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DN. WOLDEMARO
LIB. BARONI
A LOEVVENDAL

EQVITI ORDINIS ELEPHANTINI
POTENTISS. REGIS POLON. AC PR.
ELECTORIS SAXON. SVMMO AVLAE
MARESCHALLO ADMINISTRO STATVS
INTIMO PRAESIDI TRIBVNALIS REDI-
TVVM DIRECTORI RERVM METALLI-
CARVM SVMMO DYNASTAE CLIENTE-
LARVM ELYSTROVERDAE KRAVSITH
GOTSKAE HOLDORFII
ETC.

DOMINO SVO LONGE
GRATIOSISSIMO

ILLVSTRISIME
DOMINE

DOMINE LONGE GRATIOSISIME

Redit ad fontem Hortus, cui & sua debet incrementa, & debet, ut spero, pariter in posterum. Quae mihi facta est, Horti Academici causa, salarii accessio, eam cum Tua approbavit bonitas, Heros Illustrissime, tum sartam, tectamque cupit. Belli enim, pacisque artibus iuxta eminens: nec modo rem publicam ab hostium impetu tutam; sed literarum quoque ornamenta, quae & Ipse animo complexus es vastissimo, florentissima semper praestare studes. Qua de causa, uelut de sua tantisper excitus sede, suouē motus loco,



loco, accedit Hortus, artis minister
medicae, annique Tibi, Heros emi-
nentissime, praeteriti prouentus of-
fert, thyrsusque istum Nomini Tuo
Excellentissimo consecrat, ac per
me summas, quas ipse non potest,
pro summo Tibi beneficio gratias a-
git, seque perenni simul gratiae,
Tuae commendat. Ego autem non
minus me ipsum commendatum
uolo, qui non magis sedulus Horti
sum Academici curator, quam

ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMOQVE
NOMINI TVO

Vitembergae,
VI. Id. April.
A. cl. l. c. c. xiii.

*in perpetuum
deuotus cliens,
seruus, uenerator,*
Heucherus.

LECTORI BENEVOLO


S.

ET si non adeo mihi suffenus sum,
ut mea magni faciam, aestimem-
ue: ueruntamen putauit mihi faci-
endum esse, ut Botanicam perse-
quar Commentationem, mihi certe
ipsi non infructuosam. Namque
uideo, certum, minimique fallax re-
medium esse Hortum Academicum
in annos ditandi singulos, quippe
cum non pauci, cognitis Horti pro-
uentibus, eo adducantur, ut & mea
requirant, & pro iis reddant sua,
quae forte reperissem nunquam, ni-
si si qua fuissent, quae alii apud nos
reperire possent. Artem, inquis,
exerces institoriam? Minime equi-
dem:



dem: plus mihi uideor, quam Belgicus quidam florum institor. Neque enim id solum studeo, Hortus ut plantis; sed etiam, ii ut plantarum scientia, si qui nihil in hoc genere recte didicissent, magis, magisque augeantur. Fructum instituti unum non infeliciter iamdum consecutus, non plane nulla spero fiducia fore, ut de altero aequae mihi deinceps gratulari possim. Ceterum id tibi persuasum habeas, LECTOR BENEVOLE, non ante industriae huius finem futurum, quam ubi neque terrae sinus perrexerit, novos Horto nostro exhibere foetus, neque Tute Tibi potueris promittere uberiores notitiae Botanicae accessiones.

Vale.





PARS I.

Complexa

Plantas, flore perfecto

praeditas.

Plantae, gaudentes flore per-

fecto, simplici, regulari,
monopetalo,

Semine nudo unico.

MIRABILIS flore persico. Germ. Wunder-
Blume. Perenn.

Male dicitur *Alsine Indica* perennis. Non enim gaudet flore pentapetalo; sed monopetalo: nec latet semen intra pericarpium membranaceum unicapulare, sed nudum est, idemque unicum. Male *Solanum*, aut *Jasminum Mexicanum*. Nec enim latet semen inter pericarpium mollius paruum, seu baccam. Male *Convolvulus*. Licet enim habeat uitam ephemeram, tamen nec laetescit, nec conuoluitur. Male denique *Ialappa*, quippe quae plantae *Mirabilis* est quaedam species, radice in primis ualide satis purgante a nostra se se distinguens. **CORTYSO** siquidem si habenda fides, *Mirabilis* radices non purgant, nisi ad duas assumptae drachmas, cum *Ialappae* drachma dimidia egregium edat effectum. Veruntamen in taleolos scissae *Mirabilis* radices, *Ialappae* radicibus internixtae, luci causa a quibusdam diuenduntur. Est enim genuina *Ialappa* hisce radicibus admodum cognata. Insuper quoque loquuntur, qui florem Admirabilem Peruvianum dicunt.

A

dicunt.

PLANTAE FLORE SIMPLICI

dicunt. Ecce enim hic flos, et una cum hoc pauci alii, puta, flos Adonidis, flos Africanus, flos Cardinalis, flos Clitoridis, flos Constantinopolitanus, flos Cuculi, flos Passionis, flos Solis, promeruerunt, ut praee mille aliis dicantur flores? Certe non aliunde, ac flos Rorismarini flos Anthos, seu flos *κατ' ἐξοχήν* dictus est, hoc est, sine ulla ratione. Neque etiam opus, ut in denominanda Mirabili patriam addas. Quam diu enim ex aliis locis Mirabilis, a nostra, notabili quodam accidente sese distinguens, non apportatur, tamdiu patriam addere superuacaneum est, memoriaeque graue. Sed Mirabilis nomen egregie tuetur hic frutex. Si enim, FERRARIO iudice, quatuor tantum sunt florum amoena prodigia; tempestiuitatis, puta, uices arbitrarie, multiformis formae uarietas, odoris grauitas emendata, aut insolita suauitas conciliata, et denique coloris nitor uarius, et nouus, certe propter hunc frutex noster Mirabilis iure appellabitur. Est quippe mira colorum in eiusdem plantae flore uarietas, dum non solum uel plane purpurei, uel plane albi, uel plane flauis exerescunt flores, sed etiam illi omnes tam striatim, quam punctim, mirifice inter se permiscentur. Est uero Mirabilis flore Persico illa, quam horti proferunt rarius. Unde digna est uisa, quae in Prouentibus Nouis primum occupet locum. Interea Mirabilis flores ualde sunt caduci. Nam, noctu explicati, postridie post horam octauam antemeridianam, ab aestu praesertim, se se contrahere incipiunt, more florum Conuoluuli. Tempestate tamen temperatiore integro nonnunquam die expansi manent, et sub uesperam duntaxat contrahuntur. Interea singulis diebus alii, atque alii aperiuntur, qui, si integri quotidie decerpantur, et inter chartas reponantur, colorem diu retinent. Itaque diu satis, etiam postquam defloruere, iucundum oculis praebere poterit spectaculum mira situs, et mixtionis inuicem uarietas. Radix Mirabilis uiuax est; sed in nostris regionibus, si sub terra relinquatur, brumali frigore et humore corrumpitur. Quare studio, atque industria conseruari debet, et siue arena obrui, siue charta emporetica inuolui, et in loco sicco, nec nimis salido, per hyemem reponi. Ceterum perquam exigui momenti est compendium hocce conseruandarum hyeme radicum. Nam, nouo uere terrae commissae, forsitan flores proferent quindecim diebus ante, quam illae plantae, quae semine, eodem

dem tempore terrae concredito, sunt enatae. Confirmat haec STISSERVS, cum ita scribit. Will man die Wurzel conferuiren/ kan man selbige/ nach dem die Pflanze von dem Frost verdorben/ ausgraben/ das Kraut nahe an selbiger hinweg schneiden/ hernach die Wurzel 14. Tage an einem schattichten Orthe etwas trocken werden lassen/ alsdenn selbige in einem Scherben mit trocknen Sande wohl bedecken/ und den Winter über an einem warmen und trockenen Orthe verwahren/ daß sie von dem Frost nicht berühret werde. Diese nun also durch den Winter gebrachte Wurzel wird im Monat April bey wachsenden Lichte/ und trocknen Wetter wieder in die Erde gesetzt/ und bey kalten nasen Wetter oben mit einwenig Moß/ sonderlich des Nachts/ die erste Zeit bedeckt/ alsdenn wird sie kurz ausschlagen und bey guter Zeit Blumen/ auch reiffen Saamen geben/ wiewohl ich befunden/ daß die aus Saamen gezogene Pflanzen fast eben so frühe zur Blüthe kommen/ als die/ so aus den Wurzeln aufwachsen. Ceteroquin plantae, ex semine, cui rubri flores insident, ortae, nullos alios flores dant, quam rubros. Idem accidit in semine alborum, flauorumque florum sato. Plantae enim, inde enatae, nullos producant flores diuersorum colorum. Quocirca, si flores uarietos desideras, oportet, ut semina, quibus flores uarietos desideras, ferenda eligas. Folia Mirabilis non coniugata sunt, ut HERMANNVS putat: nec ramuli bini ex aduerso e foliorum sinibus egrediuntur; sed singuli alternatim ex hac, illaque parte prodeunt, ita, ut, quibus ordine sunt impares, primus scilicet, seu infimus, tertius, quintus, septimus, in eandem stipitis partem spectent; et rursus, qui ordine pares, secundus, quarta, sextus, in contrariam. Illud tandem mirabile quoque in Mirabili, quod cum tabescere incipiat, primum folia, deinde integri ramorum articuli simul decidant: circa nudos uero, iam remanentes, nodos candida quaedam lanugo interdum adnascatur, quae, temporis successu concreta, salis saporem praeferat, ingrati que saporis, tabacina acrimonia infestis, quem folia habent, pariter ac catharticae radice potentiae, locuples testis existat. Mirabilem omnium optime depinxit EMANVEL SWERTIUS P. II. Florileg. p. 24. BESLERVS in Horto Eichstadiensi. Classe plant. autumnal. Ordine II. fol. 4. et TVRNEFORTIUS Tab. L. Seminae

Semine latente intra pericarpium bicapsulare, filiquis gemellis simile.

Apocynum erectum, latifolium, incanum, Syriacum, fl. paruo, obsol. purpurasc. Germ. Syrischer Hundskohl. Perenn.

Cum, quae in Proventibus Nouis Anni clo Iocē xi p. 4. scripsimus, de Apocyno Syriaco, legisset uerfatissimus in re Botanica Viri, I. G. SIEGESBECKIUS, Seehusanorum Politater felicissimus, Amicus noster integerrimus, calculum nobis, qui Apocynum hoc neque cum Esula, neque cum Beidelsar Alpini confundendum esse existimamus, addere uoluit, dum haec ad nos perferipit. Vidi in Horto Senatorio apud Brunsvicensis duas Apocyni species, una uocabatur *Alypum montis Ceti*, seu herba terribilis; altera *Esula Indica*. Haec mihi cum Apocyno Syriaco Iac. cornuti conuenire uidebatur. Erat fere duos cubitos alta, foliis praedita, duos transuersim digitos latis, inferne albidus, superne luteo uiridibus. Inter haec superiora caulis emergebat, multis floribus purpurascens praedita. Perennabat in horto, et mirum in modum se ipsum propagabat. Multum omnino Apocynum erectum, latifolium, incanum, Syriacum, flore conglomeratione, purpurascens, differt ab Apocyno latifolio, Aegyptio, seu Baitoussar Alpini, uel Ossar Hon. Belli Cretensis. A C. Bauhino in Pinace recensetur hoc ultimum sub nomine *Lapathi Aegyptiaci lactescens*, filiqua *Asclepiadis*. P. Hermannus autem in Horto Lugd. Bat. optime nuncupat Apocynum latifolium, Aegyptiacum, incanum, erectum, floribus spicatis, maximis, pallide uiolaceis, rugosis, quod et Ioach. Camerarius in suo Horto Phil. Med. p. 27. aliquo modo, uisallor, describit, cum dicit folia habere *Lauri*, uel *Nerii*; sed multo breuiora, nigricantia, dura, uulgata. At nobis, afferentibus ibidem, uocari aliis Apocynum Syriacum Beidelsar Alpini, calculum addere recusant, esseque pro Beidelsar scribendum potius Baitoussar, rectissime existimauit. Nam compositum est hoc nomen ex *بَيْتُون* Bairon, quod domum significat, et articulo *أَل*, hic, haec, hoc, et *سَرَّوْن* Sarron, quod hilarem, lubentem denotat. Haec in unum iuncta faciunt *بَيْتُونِ أَلِ سَرَّوْن* Baitonalsarron. At in compositione *و*,
et ar-



et articulus *al* abieciuntur, commodioris pronuntiationis ergo, pariter ac ultima syllaba *ron*; exurger igitur omnino non Beidelfar, sed Bairoffar. Addimus hinc nos his ipsis calculum nostrum, sententiamque mutamus, qui Medico Arabice praeter morem seculi doctissimo, pollicem hic omnino prehendum esse, ducimus. Atque hunc quidem Virum Cl. non possumus non denuo laudare, quando iis, quae loco excitato p. 7. et 8. scripsimus, de lactis stillicidio, seu, ut uocant, lactescencia, ad plantas distinguendas insufficienti, haec addidit. *Si a succis plantarum differentia petenda esset, Conuolutum flore coeruleo, folio subrotundo, Hispanicum dictum, etiam ad Asclepiadam genus referrem, siquidem, folio decerpto, mox limpidus, albidus, et causticus succus promanat. Sic et papauer spinosum, et chelidonium maius, pari passu ambularent. Ceterum uidi in Horto Salzdalensi Apocynum quoddam, quod ad effigiem externam Hederam arboream exactissime referebat, et, si folium decerpebatur, succum croceum statim effundebat. Est hoc, ut reor, Apocynum folio propemodum hederac, succo croceo, Ioach. Camerar. Hort. med. phil. p. 19. Venit hic in mentem occasione plantarum, in horto Salzdalensi, a Siegesbeckio uisitarum, eorum recordari, quae ANONYMVS quidam in Itinere suo Anglicano et Batavo, de eodem Horto scripsit, delicias nempe illius pro iuuentute sua satis esse egregias, et reperi in eo Volumina Rei Herbariae perquam multa, quae inter Commelini Hortus Amstelodamensis, cuius figurae, singulari diligentia coloribus illuminatae, peregrinantis oculos fascinarint. Hoc quippe egregie confirmant literae Sigesbekianae, quae, egregium hoc uolumen dono dedisse Generales Prouinciarum Foederatarum Status Serenissimo Principi Antonio Vdalrico, referunt, et de rarioribus horti Amstelodamensis plantis, in Salzdalensi quoque horto perennantibus, multa habent.*

ASCLEPIAS humilis, Aizoides, monstrosa, Africana, Germ. Americanischer monstroser Hundes-Rohl. Perenn.

Describitur à VOLCKAMMERO p. 39. Florae Noriberg. sub Apocynorum titulo. Depingitur ab eodem egregie p. 30. Monstri quid alunt crassa plantae folia, aut succulenti potius rami,

qui communiter quadrangulares sunt, nunc magis nunc minus dentati, in hac uero Asclepiadis specie cristas quasi quasdam prae se ferunt. Fructum nondum uidimus, imo ne quidem florem plantae: nam licet praeterita aestate feruidissimae reliquae duae Asclepiadis Aizoidis, in Nou. Prou. Anni MDCCXXI, enarratae, species copioso flore hortum nostrum ornauerint haec tamen nullo eundem ditare est dignata.

Semine latente intra pericarpium
tricapsulare.

ALOE Africana fl. rubro, folio ab utraque parte maculis albicantibus notato.

Hoc titulo Aloen hanc nostram ornat **COMMELINVS P. II. Hort. Med. Amstel.** p. 15. et in descriptione illud probe animaduertit, foliorum margines esse albos, diaphanos, et scabros, ac inaequales, aut potius leuiter crenatos: at hoc sicco praeteriit pede, quod cuiuslibet folii pellucidus, tenuis, et in mucronem latum terminatus margo in summitate aculeum quasi quendam ostendat.

ALOE Africana flore rubro, folio triangulari, uerucis ab utraque parte albicantibus notato.

Quo iure **COMMELINVS P. II. Horti Med. Amstelodamensis,** p. 17 huius folium Aloes triangulare uocet, equidem perspicere non possum. Neque enim notabilis dorsum, quam efficit concauatum folium, conuexitas proprie latus dare potest, quod una cum duobus folii marginibus efficiat triangulum. Neque etiam cum eodem plane inspidum dixerim huius Aloes foliorum succum, qui oleracea, pungenteque mucagine linguam perstringit, nisi, inter genera Aloes id folium inspidum dicendum esse, putaris, quod amaritiam non prae se fert notabilem, atque insignem.

ALOE Africana margaritifera minor.

Dolendum, quod nostris in regionibus nec 'florem', nec semina unquam produxerit haec Aloe: sed tamen leuat dolorem elegantissima foliorum facies, quam elegantissima quoque icone expressam uideas in **COMMELINI Horto Med. Amstelod.** p. 21

ALOE

ALOE Africana caulescens, foliis glaucis breuissimis, foliorum summitate interna, et externa nonnihil spinosa.

Delineandam curauit hanc Alogen **COMMELINVS** in *Præ-
lud. Botanica* p. 73. ut solet, exactissime: illudque insuper
monuit merito, succulentorum horum foliorum spinas, in-
ternam, et externam foliorum faciem armantes, albicantes
esse, ne scilicet confundantur cum consimili non caulescen-
te Aloe *ibidem* p. 75. et P. II. *Hort. Amst. C. XII.* descripta,
cuius spinulae sunt subflauae. Praeterea et spinas, ad inum
usque foliorum disseminatas obseruauit: frequentius tamen
in annosioribus, quam iunioribus plantis.

ALOE Africana humilis, foliis ex albo et uiridi
uariiegatis.

Inter eas Aloes species, quae folia habent uariiegata, ele-
gantiorum ego non uidi. Vix enim dici potest, quam iu-
cundo spectaculo maculae albicantes, nunc paruae, nunc
magnae, per uiride folium copiosissime dispersae, oculos
afficiant, linea albicante, et scabra, quae foliorum margi-
nes, et dorsum obducit, non minus gratiae plantae adden-
te. Iconem uide apud **COMMELIN.** *Præ-
lud. Botan.* p. 79.

ALOE Zeilanica pumila foliis uariiegatis.

Serpentariam uocat hanc Alogen **BREYNIVS**, *Prodr. II.*
varior. plantar. nec iniuria. Nam serpentine quid referunt
folia, ab utraque parte maculis notata, nunc triste, nunc
laete uiridibus. Defectum feminum, nunquam enim floru-
it, compensat uberrimus prouentus nouorum germinum,
ex radice, superficialitatenus tantum terram perreptante, ex-
crescentium, qua etiam auulsa, facillime, et citissime pro-
erescunt. Icon est apud **COMMELIN.** *Hort. Med. Amstel.*
P. II. p. 41.

ALOE Africana breuissimo, crassissimoque folio,
flore subuiridi. Omnes perennes. Germ. als
Ierhand curiöse Sorten von Aloë.

Speciosissimam uocat **COMMELINVS** P. II. *Hort. Med.*
Amst.



PLANTAE FLORE SIMPLICI

Amsl. p. 11. ubi iconem reperias, hanc plantam, non ob florem tubulosum uiridem, quem licet ipse oculis non uisauerit, N. tamen VVirsen uidisse testatur; sed ob folia crassissima, et breuissima, quorum extremitates, prona parte lineis albicantibus notatae, uersus posteriora reflexae, triangulares euadant, et in mucronem, nonnihil aliquando rubentem, exeant. At Aloen uocat ob florem. Ego uero an ad Aloes genera pertineat, ex ipso subdubitare incipio Commelino, quando is, experientia comprobatum, scribit, quod planta haec facile multiplicetur, si folia auulsa per unum, alterumque diem, soli exposita et paulum exsiccata, telluri mandentur. Ex singulis enim foliis plantam nouam, et integram exsurgere. Conuenit sane hoc nomine cum Opuntia, et omnino ob singularem hunc propagandi modum peculiare quid prae reliquis Aloes speciebus obtinet. Nullius enim alius memini Aloes, quae per folia auulsa propagetur. Imo magis dubitare facit VVALDSCHMIDIUS, quando de Aloe in uniuersum sic commentatur. Es wird auch die Aloe von einigen Scribenten, weil sie / als einige Seda und Semper uiua, auch außer der Erde lange grüneth / diesen beygerechnet. Daher sie Sedum amarum von Columella, von denen neuern Scribenten aber Semper uiuum marinum genennet wird: wiewohl mir gar nicht unbekandt ist / daß sie nicht allein am Meer / sondern auch an sandichten oeden Orten wachse. Andere suchen in denen Blättern mit der Scilla, oder Meer-Zwiebel / einige Gleichheit / und referiren dannenhero die Aloen zu dieser. Doch wissen heutiges Tages die Botanici sehr wohl / daß weder von denen Wurzeln noch Blättern die plantae zu unterscheiden / sondern es müsse der Unterscheid von denen Blüthen insonderheit / und der Art und Weise / wie sie Frucht und Saamen bringen / genommen werden. Minimum illud occasione allatorum, teneas, uelim, me sic de exoticis sentire, multa, quorum uel florem, uel semina nondum uidimus, pro hoc uel illo plantarum genere haberi, quae tamen alius longe sint generis. At, quoties oblata tibi planta pro Aloe uenditur, et simul florem, fructumque conspiciendi facultas datur, ad hoc attendito, omnium Aloes specierum diiudicandarum Criterion. Plantae scilicet, quae flore gaudent simplici, regulari, monopetalo, liliorum, aliquantum aemulo, ac ueluti tubulato, eodemque in sex, rarissime quinque, profundas lacini-

lacinias diuiso, quaeque intra pericarpium tricapsulare oblongum, ac fere cylindraceum, semina gerunt plurima, plana, cum lunula dimidiata, aut semicirculo quodam aliquo modo comparanda: tales inquam plantae omnes Aloes sunt indigitaendae nomine, siue deinde florem gerant pendulum, siue erectum, siue in spicam dispositum, siue a ramulis pendentem; siue porro calyx abeat in fructum, siue pistillum; siue amplius folia adsint succulenta, siue minus; siue denique radice nutriantur fibrosa, siue tuberosa. Insuper de essentia Aloes minime est, succum in foliorum utriculis generare balsamicum, et amaricantem. Magna etenim est Aloes uarietas: de qua cum non contemnenda conscripserit VVALD-SCHMIDIUS, quando de Gortorpiensi Aloe, A. c. l. l. c. v. ibidem florente, quaedam edidit, haud alienum fuerit, aliquid eorum huc transtulisse. Sic autem insit. Ich kan bey Gelegenheit des Rahmens Aloe nicht ungemeldet lassen / daß dieser Rahmen auch dem Agallocho, oder so genannten Aloes Holze / bengelegt wird. Und von diesen müssen die dicta Biblica Pl. XLV. 9. Prou. VII. 17. verstanden werden / denn da ist die Rede von etwas wohlriechenden / und Aromatischen / dergleichen man von dem Aloe-Safft nicht sagen kan; da hingegen / wenn dieses Wort von einem Dinge gebraucher wird / damit die Verstorbenen balsamiret worden / allerdings der Safft der Aloe dadurch zu verstehen / oder die theils hartzigte / theils gumöse / balsamische und bittere Materie / welche aus den Blättern der Aloes Asiae oder wie sie sonst genennet wird / Graecae, oder auch nunmehr / Hispanicae, davon das Kupffer beym Muntingo in Aloed. fol. 19. zu sehen / durch Zerstoßung der Blätter / gelinde Auspressung derselben / und dann folgende inspissirung des Saffts durch Hitze der Sonnen bereitet wird. Davon mit mehrern Raius p. 196. Hist. Plant. zu lesen. Man findet aber in den Apotheken dieses Saffts dreyerley Sorten, nemlich Succotrinam, hepaticam, et Caballinam Alben davon ich zugleich anmercken muß / daß ob zwar fast alle Auctores in der Meinung stehen / daß diese Säfte nur durch mehr / oder weniger Reinigkeit voneinander unterschieden seyn / so / daß die Succotrina, den Rahmen habe von einer Insel des Arabischen Meers / Socotera, bey denen Alten Insula Dioscoridis genennet / allwo sie bereitet wird / die beste; die Hepatica, von der Leberfarbe und einiger

B

Gleich

Gleichheit mit der Aloe also benahmet/ in der Güte die mittlere; und die Caballina oder Pferde-Aloe/ weil sie zu Ross- und Vieh-Arseneyen gebraucher wird/ die schlechteste ist/ ob schon alle nur von einer Pflanze herrühren/ wie denn die Art und Weise/ wie solche bereitet/ und von einander unterschieden wird I. Bauhinus Hist. Plant. III. n. beschreibet/ wohin den Leser will gewiesen haben. So hat mir dennoch in diesem Fall einen Zweifel erwecket der gelehrte Botanicus Commelinus, Prael. bot. pag. 46. Dieser vermeinet/ daß/ ob zwar die einzige Aloe vulgaris C. B. oder Arabica Serotina officinarum Morifonii, von allen Botanicis vor die rechte Pflanze/ so den Aloes Safft mittheile/ gehalten worden/ iedennoch gebe die Aloe Succotrina, angustifolia, spinosa, flore purpureo Breynii, und dann Aloe Guineensis Caballina, vulgari similis, sed tota maculata ihme einen Scrupel/ indem der erstern Safft am Geschmack/ und Geruch/ der Aloe Succotrinae, der letztern aber der Caballinae ganz gleich wäre. Und beobachtet noch dieses darbey/ daß die Aloe Caballina der Apotheken von dem ihr anhängenden Gestanck auf keinerley Weise könne befreyet werden/ welches ja wohl möglich seyn würde/ wann sie von der besten nur wegen ihrer Unreinigkeit differirte. Und gewislich scheint er hirsinnen einig Beyfall zu verdienen/ ob wohl die Sache selbst noch mehrer Untersuchung erfordert/ wie er dann selbst gar nicht zweifelt/ daß man nicht ebenfalls aus vielen andern Arten der Aloes, welche einen bitteren Safft haben/ eine Aloe/ so der gemeinen ganz gleich komme/ ja von gleicher Wirkung sey/ bereiten könnte. Es gehöret aber zu der Aloe vulgari, so sonst auch die Griechische genennet wird/ fürnehmlich noch die Aloe vulgaris, foliis angustioribus, et magis glaucis Commelini: Dann auch vorerwehnte Aloe Guineensis Caballina, vulgari similis, sed tota maculata, item Aloe Succotrina, angustifolia, spinosa, flore purpureo Breynii, sonst Aloe Indiae Orientalis serrata, siue Succotrina vera, floribus phoenicis, welche der berühmte Botanicus Dr. Hermann Prodr. p. 22. denen Americanischen ganz unrecht zuehlet/ und deßfalls von vordemmelten Commelino corrigiret wird. Wie dann auch endlich diesen noch beyzufügen stehet die Aloe Zeilanica pumila, foliis variegatis. Von denen allen dann nur ist bemerckter Autor l. c. p. 49. weitläufftiger zusehen ist: und
hat

hat der sonsten artig von dieser Materie handlende Munting, Aloid. p. 17. uns derer nur vier Sorten beschreiben.

Oberwehnte Aloen alle/ außer der Guineensi, sind aus A-
sien, diese aber/ nebst noch vielen andern/ theils bekandten/
theils unbekandten/ kommen aus Africa, und sollen auf dem
Promontorio Bonae spei derselben so viel seyn/ daß/ wann den
Nachrichten hiervon zuglauben/ die Holländische Schiffer
dieselben über 100. Meilen wegen ihrer Größe sehen können/
und vermeinen/ daß es Leute/ oder Einwohner des Landes
wären/ wie bey igt benandten Munting, l. d. p. 42. zu lesen.
Commelinus beschreibet derer Africanischen etliche/ und dreyßig
Species/ unter welchen bey 17. sich befinden/ die noch von
niemanden beschriben seyn/ und bey dem Autore selbst/ mei-
stentheils gar nett in Kupffer gestochen/ können gesehen wer-
den. Die gemeine Aloe nun schießet einen/ und auch wohl
mehr Stengel/ von ohngefehr dritte halb Fuß hoch/ eines klei-
nen Fingers dicke/ der sich oben an der Spitz/ in zwey/ oder
drey Theile/ oder Aeste/ einer mittelmäßigen Hand lang/ ver-
theilet/ auf welchen die Blumen erscheinen/ die an gar kurz-
gen Stielen niederwärts hangen/ etwas über ein Glied vom Fin-
ger lang/ nicht gar eines kleinen Fingers dicke/ und sich nicht
weit/ sondern nur ein wenig/ wie etwan die Blumen der Key-
ser Kronen zu thun pflegen/ eröffnen/ sind am Rande mit fünf-
f nicht gar tiefen Kerben eingeschnitten/ haben eine gelbliche
nicht unangenehme Farbe/ aber gar keinen Geruch. Inwen-
dig finden sich vier kleine Spizen/ wie etwan in denen Lilien/
so da dunckel gelblich seyn/ und in ihrem Mittel/ ein bräunlich
Staminulum haben. Folget aber in Holland/ und auch wohl
bey uns kein Saamen. In Gottorff ist eine von dieser Art/
so sechs Jahr nacheinander geblühet hat/ wie ich dann gar
wohl glaube/ daß/ wann sie einmahl geblühet/ selbige alle
Jahre einen/ oder mehr Stengel mache/ wie solches ingleichen
von denen meisten Africanischen Aloen oftbenahunter Comme-
linus meldet Praelect. 30. Diese bis dahero beschriebene ge-
meine Aegyptische/ Griechische/ oder Hispanische Aloe nun
muß wohl unterschieden werden von der Americanischen/ ma-
ßen unter ihnen/ so wohl was derer Vaterland anlanget/ als
auch in Ansehung ihrer Größe/ Beschaffenheit der Wurzel/
Blätter/ Art/ Zeit und Weise zu blühen/ und andern Um-
ständen/ ein gar großer Unterscheid zu finden ist. Und ha-

ben diese Americanische Aloen ihre Benennung von dem vierten / und zuletzt entdeckten Theil der Welt/ so da sonsten auch West-Indien genennet wird. Dannhero es eine ausge machte Sache ist/ daß erst nach Entdeckung dieser Länder bey uns die Aloe Americana sey bekandt worden/ welches dann vor mehr/als 200. Jahren geschehen. Und zwar/ meines erachtens/ und so viel mir wißend/ ist Franciscus Hernandez, der auf Befehl Philippi II. Königs in Spanien/ mit unglaublicher Mühe/ und vielen auf 60000. Ducaten laufenden Unkosten/ eine Beschreibung der in neu Hispanien befindlichen Thiere/ und Kräuter/ unter dem Titul Thesauri Rerum Medic. Nou. Hisp. aus eigener Erfahrung zusammen getragen hat/ der erste Europäer gewesen/ welcher von diesem Gewächs etwas geschrieben/ und andern zu mehrer Untersuchung Anlaß gegeben hat/ wiewohl ich nicht in Abrede seyn will/ daß Dodonaeus, und Carolus Clusius, vielleicht die allerersten seyn/ wenigstens meines wißens/ welche davon etwas in öffentlicher Schrift herausgegeben haben/ inmassen des Clusii Historia Plantarum Rariorum im Jahre 1601. zu Antwerpen heraus gekommen/ und in dieser p. 160. die Americanische Aloe schon beschrieben ist/ und des Hernandez sein Werk erst 1651. im Druck erschienen/ wie dann Ioh. Terent. Lynceus, Not. ad Hern. Hist. Mex. p. 271. von diesem Clusio selbstem bezeuget/ daß er diese Aloe zu erst vorgestellet habe.

Dem sey nun/ wie ihm wolle/ so ist diese Americanische Aloe heutiges Tages ziemlich bekandt/ und hin und wieder in Gärten anzutreffen. Dann weil sie sich durch viele/ lange/ Dausmens dicke/ runde/ und mit Gliederweis geordneten Knotten umgebene/ Schößlinge vermehret/ welche jährlich zwischen denen zarten Wurzeln aus dem starcken Stamm selbstem/ und zuweilen mit solcher Gewalt hervorspringen/ daß etliche über der Erden gebogen erscheinen/ andere aber die kleinsten Ritzen derer Rassen darinnen sie stehen wunderbarlich durchbohren/ und so gleich von dem Augenblicke ihrer Geburth/ mit jäserichten/ nicht gar dicken/ weißen Wurzeln begabet seyn/ als werden diese Schößlinge jährlich im April oder Majo/ in wachsen des Lichts von der Mutter abgenommen/ und in erdene oder hölzerne Gefäße verpflanzet/ und also dieses Gewächs in diesen Ländern häufig vermehret. Man findet aber unter den Americanischen Aloen verschiedene Arten/ derer allhier/ um die famö-

famöse Aloe von welcher wir izo gehandelt/von andern wohl
 zu unterscheiden/ nothwendig musz gedacht werden. Obbenanz
 ter Hernandez l. c. p. 270. seq. erzehlet derer viele Arten/die
 bey denen Americanern alle Metl, oder bey denen Mexicanern
 Maguel genennet werden. Von denen einige ganz nicht hieher
 gehören/ und würde zu weitläufftig fallen alle zu beschreiben/
 dahero wir nur etliche berühren wollen. Die erste sagt er hat
 Blätter wie die Aloe, (verstehe die gemeine) aber viel größer
 und dicker/auf beyden Seiten stachlicht/ welche oben in eine
 harte und feiste Spitze sich endigen. Ihr Stengel ist zwey-
 mahl größer/ als der gemeinen/ trägt gelbe/ längliche/ oben
 als ein Stein sich ausbreitende Blumen. Der andern Blät-
 ter haben einen gelben Rand/ kleine schwarze Stacheln/ ein
 nen Stengel zweyer Ellen lang/ einen Finger breit/ an Fars
 be roth/ mit einer blaß/ blauen Blume. Die dritte ist klein/
 sehr stachlicht/ von hoch oder dunkelgrüner Farbe. Die
 vierdte nennet er Mexocort, oder Maguel prunorum Pflanz
 men Aloe, Weil sie eine süße/ und zugleich eine kleine saure
 bey sich habende sehr angenehme Frucht/ denen Pflannen
 nicht ungleich trägt/ welches mich doch glauben machet/
 daß diese Species eben nicht gar füglich hierher gehöre. Die
 fünffte Art hat gar schmale/ nur Fingers breite Blätter/wel-
 che auf denen Seiten scharff/ vorne aber an der Spitzen sehr
 stachlicht seyn. Hat einen Arms dicken Stengel/woran oben
 Früchte sitzen als kleine Birn/ und diese Art kan wohl auch
 nicht füglich hieher gezogen werden. Die sechste hat bey der
 Wurzel weißlichte Blätter röthlichte Stacheln und Wurzeln.
 Die siebende ist die schwarze/wegen ihrer Farbe/wiewohl die
 Stachel und Wurzel dunkelroth seyn. Die achte endlich/oder
 wie er sie im 10. cap. zehlet/ die dritte/ nennet er Quamesl, oder
 Maguel Montanum/ Berg Aloe, giebet aber davon eine unvoll-
 kommene Figur und Beschreibung/ so bloß hierinnen bestehet/
 daß sie eine unangenehme heßliche Farbe/ zäferichte Wurzel/
 ansehnlichen langen und dicken Stengel habe. Und diese
 leptere hält Muntingius l. c. p. 8. für unsere Americanische
 Aloen. Dieser ist genannte Autor beschreibet fünff verschiede-
 nene Arten/ nemlich eine kleine Americanische Aloe, die er
 muthmaasset diejenige zu seyn/ so da Hernandez im 19. Cap.
 p. 274. beschreibet. Eine größere gezähnete/ (Serrata) derer
 Stengel oben in viele kleine Stengelichen sich theilet/ (umbel-

lifera) von denen jeglicher eine Blume eines Gliedes von Finger dick / und in sechs Blätterchen oben getheilet / unter denen die drey inwendigsten angenehm gelb / die äußersten aber blaß gelb seyn / trägt l. c. p. 13. Diese ist eben diejenige / so wir oben aus dem Hernandez Hist. Mes. c. 12. p. 270. unter dem Nahmen der ersten beschrieben haben. Ferner finden wir bey den oftgenanten Munting l. c. p. 15. eine glatte Purpurfarbe Alooa, derer Blätter oftmahls über drey Fuß lang / drey oder vier Finger breit / unten etwas schmal / in der mitte breiter / fornen zugespitzt / und mit einer Purpurfarbenen Stachel versehen seyn: der Rand der Blätter ist dünn und glatt / sonder Stacheln als der Hyuccae gloriofae ihre / äußerlich grünlich / etwas in Purpur fallend / oder mit Purpurfarbenen Flecken hier und dar besprenget / inwendig weißlich. Der Stengel / so aus dem Herzen schießt / ist achtzehn oder zwölf Fuß hoch / welchen auf beyden Seiten kleine Blätter artig umgeben / breiter sich oben in viele Aestchen (umbellatum) aus / ihre Blume ist blaß / Purpurfar / und fünf blätterig. Wird für die von Hernandez l. c. c. 20. p. 272. beschriebene Pati gehalten. Viertens / finden wir eine mit gar harten spitzigen / einen ober Finger langen Stacheln / auf beyden Seiten derer Blätter / versehene Aloe, welche Munting p. 16. Aloen ferocem nennet / hat aber keine vollkommene Beschreibung von dieser geben können / weil sie nebst drey andern lange in der See / darinnen sie von denen Schiffen gefunden worden / gelegen und verdorben ist. Er vermeinet aber / daß es eben diejenige sey / so da von Hernandez c. 14. mexcalmetl genennet wird / mit derer Figur sie in Wahrheit sehr überein kommet. Endlich fünfften / welches bey den Munting die erste Species, der zu gefallen er sein Aloidarium mehrentheils geschrieben hat / ist die Aloe mucronato folio Americana maior, oder eben dieselbige / von welcher / wenn sie blühen will / in der Welt so viel Wesens gemacht wird. Ferner beschreibet der Amsterdammische Botanicus Commelinus Prael. Bot. p. 41. außer den oftgenanten / und der Aloe Americana minore des Muntingü, noch sieben verschiedene Species (mit denen Africanischen hat er zusammen 44. unterschiedene Sorten von denen 12. in den horto medico geblühet haben:) nehmlich Aloen Americanam ex uera cruce, foliis latioribus et glaucis, oder foliis caesis latioribus, welche mit der minore des Muntingü nicht muß

confun-

eunfundiret werden/ Par. Bat. prodr. p. 305: Dann Aloen Americanam ex Vera Cruce, foliis angustioribus minus glaucis, oder foliis uiridioribus et angustioribus: Ferner Aloen Americanam uiridi, rigidissimo et foetido folio, oder tuberosam foetidam maiorem: Aloen Americanam, tuberosam, minorem, spinosam: Aloen Americanam, soboliferam: Aloen Americanam Iuccae foliis arborescentem: und endlich Aloen Americanam Draconis folio serrato. Von denen allen der Autor selbst kan nachgesehen werden.

Nachdem wir nun verschiedene Arten von Americanischen Aloen betrachtet haben/ so kommen wir nochmahlen zu derjenigen Aloe, von deren Blütthe insonderheit das größte Werk gemacht wird. Selbige wird zum unterschied derrer andern insgemein genennet Aloe mucronato folio, siue spinosa Americana, oder Aloe Americana muricata, wie sie Io. Bauhinus Hist. plant. P. 3. p. 701. nennet/ und kürzlich beschreibet/ daß ihre blätter zwey Ellen lang/ nachhintwendig gebogen/ aufwärts gekrümmet und sehr dick seyn/ welche sich in einen langen sehr spitzen steiffen und geraden Stachel endigen/ und auf beyden Seiten ebenfalls mit steiffen doch kurzen Stacheln versehen seyn. Um zu erfahren/ ob/ und wie viel Saftts diese Blätter in sich hätten/ habe ich eins zerschnitten/ gestoßen/ und den Saftt heraus pressen lassen/ und befunden/ daß diese mehr Feuchtigkeit gebe/ als die gemeine Griechische Aloe thut/ ob schon dieser ihre Blätter viel säfftiger zu seyn scheinen. Und läßt sich dieser Saftt rein heraus pressen/ richtet sehr eckelhaft/ schmäcket anfänglich fast nichts/ nachgehends aber ist eine kleine Schärffe zu vermercken. Diesen ausgepreßten Saftt habe ich inspissiren lassen/ und daraus bekommen eine/ dem gelben Wachs nicht sehr ungleiche Materie/ welche in der Kälte erhärtet/ in der Wärme aber erweichet/ und wie Wachs anklebet/ hat aber am Geruch keine Gleichheit mit der Apothecken Aloe, der Geschmack aber kömmt dieser etwas bey/ und könde zu probiren/ ob sie nicht auch purgiere. Ueberdem/ habe ich ein drocknes/ hartes/ dichtes Wesen davon erhalten/ so auf der Zungen zwar ungeschmack/ doch etwas zusammen ziehend befunden.

Aber geüung von denen Blättern/ auf denen/ wann das Gewächs ziemlich alt ist/ ein Kerl süglich stehen kan. Diese nun/ wann sie sich alle ausgebreitet haben/ so schiesset aus der Mitten ein

ein starcker ansehnlicher Stengel empor/ und schiecket sich die Aloe zur Blüthe. Man hat gemeinet/ daß dieses Gewächs hier bey uns nur alle hundert Jahr blühe/ es hat aber die Erfahrung einanders gelehret. Daan diese bezeuget/ wie die Aloe im 60. 50. 30. und auch wohl 20ten Jahre geblühet habe/ wie unter andern die vor 37. Jahre zu Gottorff sich zur Blüthe anschickende/ ingleichen die Meißnische zu Rhoren/ dann die Zeitzische/ Leipzische/ und endlich die izigen Gottorpischen gungsam bewelsen. Und ist im geringsten kein Zweifel/ daß nicht durch Kunst diesen Gewächs solte können geholffen werden. Dann weil die izige Gottorpische kleinere/ ob sie schon nur 20. Jahr alt ist/ dennoch sonder einigen Trieb/ einen Stengel zu schießen angefangen hat/ was wird nicht die Kunst dabey anrichten können? Dieses stünde nun/ meinen wenigen Bedüncken nach/ auf folgende Art zu versuchen: man müste unter der Erden ein Gewölbe bauen/ daselbige nach seiner Größe mit verschieden Defen versehen/ und oben auf daselbige nach erforderlicher Höhe/ wohl zugerichtete trockene Erde setzen/ unten aber durch das Gewölbe einige Röhren leiten/ damit die Hitze durch das Erdreich dringen/ und die Winter Kälte also nicht schaden könne. In diese Erde nun/ kan man nebst andern ausländischen Gewächsen auch die Americanische Aloe versehen/ und im heißen Sommer entweder so stehen lassen/ oder aber ein von Fenstern gemachtes Treibhaus/ so nach Norden zu verdeckt ist/ darüber setzen/ und dadurch den Wachsthum befördern/ oder aber weils oftmahls die Gewächse in der Treibhäusern gar zu Bedumpffig stehen/ könnte aus genauerer Betrachtung des Brenn: Spiegels Archimedis, ein Photocaminum oder Catoptrischer Schauplatz/ zu Fortbringung und Frühzeitigung frembder Gewächse und Früchte/ in specie aber zu Beförderung der Blüthe von der Aloe, in großer Herrn Garten gar leicht angegeben und fertiget werden; wie dann hiervon D. Maior ein gar artiges modell entworffen/ und dießfalls mit einem Iesuiten und berühmten Mathematico, Theodoro Moreto, conferiret/ auch dazzu zugelangen in einen bey mir befindlichen MSCro gar schöne Anleitung gegeben hat: Darvon vielleicht zu gelese gener Zeit ein mehrers.

Und weil diese Americanische Aloe im geringsten keine Kälte kan vertragen/ so müste man gegen den Herbst ein Haus darüber

darüber setzen / daß sich im Frühling leichtlich hinweg nehmen ließe / wie solches verständige Gärtner schon wissen / und von Heinrich Hesen in seiner Garten-Lust p. 37. artig beschrieben wird. Wann dann dieses Gewächs den Stengel erst zu treiben anfänget / welches in Deutschland im Maio und Junio zu geschehen pfleget / ist observiret worden / daß eine ziemliche Zeit vorher keine Blätter mehr hervor treiben / die Alten aber sich umlegen / und in der Mitten eine ledige Höhle lassen / so daß Munting Aloed. p. 5. sich befürchtet gehabt / es möchte der sich darinne sammelende Regen eine Fäulniß verursachen. Es steigt aber aus diesem Herzen ein Stengel empor / und zwar / nach vieler Bericht / mit einem Knall / wie etwan der von dem Nirenbergio l. 15. h. n. c. 10. beschriebene knallende Baum. Welcher knall dann mit einem Erdbeben vergesellschaftet seyn soll. Borell. Obsl. p. 4. Allein ich glaube / daß diejenige / die dieses berichten / aus einer Mücken einen Elephanten / und aus dem Knall einer Schlüssel-Büchse einen Canonen-Schuß machen : und gewislich / es gehet mit denjenigen Dingen / so da selten gesehen werden / also zu / und wird insgemein mehr dazugesetzt / als in der That ist / welches zu vielen Irrthum Anlaß giebet. Zwar berichtet mich der Hoch-Fürstl. Gottorffische Lust-Gärtner / Herr Bernhard Kempe, dem ich als einen sehr geschickten / und insonderheit derer ausländischen Gewächse sehr kundigen / fleißigen Aufseher gar wohl glauben beyzumessen kan / daß / wenn der Stamm zu treiben anfänget / einiges gelindes Krachen darbey gemercket werde / welches daher ruhret / daß der starcke hervorschießende Stamm / die gar dicken Blätter mehr auseinander treibe und umbeuge / von denen etliche in etwas auffbarsten / und dieses Geröhn oder Krachen verursachen / welches sonder Zweifel zu der Fabel Anlaß hat gegeben. Und weiln der Saft / so sehr starck in den Stengel dringet / daß bey etwas rauhen und kalten Wetter / dadurch sein Fortgang etwas gehemmet wird / der Stamm zittert und bebet / wie Monf. Kempe berichtet / was Wunder dann / wenn hieraus ein Erdbeben ist gemacht worden. Ferner so wird die Zeit darinnen der Stengel zu seiner vollkommenen Höhe gelanget / vor einigen auch zu sehr eingeschräncket. Borellus l. c. p. 2. nennt nur vier oder fünf Tage / in denen er auf 30. palmos, oder auf 10. Fuß in die Höhe steigt / und als eines Mannes Hüfte dick werde / auch zugleich Blumen trage. Allein auch

C

hierin:

hierinnen irret er sehr/ nach O. Dappier Amer 7. 49. dann obwohl auf Hispaniola in West-Indien das Zucker-Rohr in 15. Tagen so dick als ein Arm schießet/ und das abgeschnittene Gras selbst auf denen Bergen/ in vier Tagen länger/ als der längste Weizen wieder hervorkömmt/ ob auch wohl die Aloe ihren Stengel in gar kurzer Zeit/ zurechnen nach dessen Dicke und Höhe/ wunderbarlich zur Vollkommenheit bringet/ so ist doch diese Zeit zu kurz/ und irret dieser Autor auch hierinnen/ hätte also nicht nöthig gehabt/ den von den gelehrten Peirescio an Clusium communicirten Brieff des Fontani, in welchen 45. Tage genennet werden/ worinnen die Auenionische Aloe zu ihrer Vollkommenheit gediehet ist/ zu corrigiren/ und an statt 45. vier bis fünff Tage zu setzen. Borell. Obs. p. 4. Dann die Erfahrung bezeuget/ daß bis zur völligen Aufschießung des Stengels etliche Monathe insgemein ablauffen. Zu Rom im Farnesischen Garten sind drey Monath hingegangen/ Aldin. hort. Farn. c. 14. in Thüringen zu Schleben 18. Wochen. Eph. Nat. Cur. Dec. I. p. 212. 213. zu Choren in Meissen vom 16. May. bis zum 14. Augusti, ehe der Sengel vollkommen geworden ist: wie dann in Ansehung der Zeit einiger Unterscheid bemercket wird.

TRACHELIVM, flore albo.

Idem flore coeruleo.

Germ. Hals-Kraut mit weißer/ und Hals-Kraut mit blauer Blume. Perenn.

Trachelium omnibus fere characteribus cum Campanula conuenit. Nam et florem utrumque uegetabile habet monopetalum, in quinque lacinias diuisum: utrumque etiam nasculo seminali breuiore, atque habitiore semina sua complectitur: quid igitur impedit, quo minus Campanulam dicas? at Campanulae, dicitis, folia sunt glabra, Trachelio hirsuta? dicas ergo Campanulam hirsutam? Et ita omnino est res. Attamen quia memoriae imprimere hirsutae epitheton aequae graue est, ac Trachelii uocem, putarim ego, seruandam esse Trachelii notionem; idque ideo imprimis, quod ueteres iam illam receperint, idemque sit, ac si hirsutam dixeris, *τραχὺς* enim asperum significat, et *τραχὺλος* collum, seu ceruix dicitur, quod ossa sint in eo tanquam asperi clauis. Hinc et Latinis Ceruicaria, Vuularia dicitur: nam col-

li, u-

li, uuluae, et ceruicis affectibus eam mederi crediderunt. Imo hoc magis Trachelium, quam Campanulam hirsutam dixerim, quo certius est floris figuram infundibulum magis, quam Campanulam repraesentare. Vide Tab. L. TOVRNEFORTII et confer eandem cum Tabula XXXVII. Icon totius plantae est apud TABERNAEMONTANVM p. 796.

IRIS hortensis, radice bulbosa,
sigillatim

IRIS Merueilleuse.

IRIS Hisp. dicta Charles.

IRIS Hisp. dicta Geele.

IRIS Anglica Regia.

IRIS le Viceroy.

IRIS passe feuille mort.

IRIS la Reine Esther.

IRIS Belle Gredelyne.

IRIS dat VVapen uan Oldenburg. Germ. allerhand schöne und rare Sorten von Zwiibel = Iris.

Iridem hortensem tam uariam, et uersicolorelem esse, ut, coelestem iridem aemulata, colorum uera specie coloratum coeli mendacium superet, idemque sibi decorum iure nomen adsciscat, et aliquando scripsimus, et nunc denuo iis, quae hortum nostrum hoc anno exornarunt, Iridibus bulbosis testatum facimus. Recte hinc aequae, ac elegantissime REUSNERVS :

*Iri, decus coeli, uario te plecta colore
Exprimit, Illyrica quae uenit Iris humo.*

At non unum, idemque cum Reusnero sentiunt scriptores de Iridis patria, quorum alii in Graecia, alii in Hetruria, alii in Anglia, alii in Dalmatia, alii alibi, primam adspexisse Iridem lucem, uolunt. Differunt ceteroquin inter se Irides radice. Aliis enim sunt radices plurimis tunicis constantes, candidae, phoeniceae, tenui, laeuique membrana uelatae, quae Irides bulbosae inde dicuntur: aliis subiectae ra-

dices carnosae, oblongae, geniculatae, repentes, et tunicis carentes, Irides hinc tuberosae dictae. Floris figura uix differt utrumque genus: unde FERRARIUS: *Quare minutiora, minusque in rem meam necessaria discrimina petat, qui uelit, ex iis, qui unicam florum historiam elaborarunt.* Ac licet ultimis his uerbis eos pungere uideatur Ferrarius, qui praecipuum plantarum characterem in flore quaerunt; attamen in tantum uera scripsit, in quantum Iridem tuberosam à bulbosa floris ope unius nemo facile distinxerit. Nam licet TOVRNEFORTIUS bulbosae Iridis florem aemulum dixerit Iridis tuberosae, haud tamen ostendere potuit, quamobrem aemulus tantum, non unus autem, idemque flos utriusque Iridis dici mereatur. Euidentiore flore differunt, Iris et Gladiolus, quae duo tamen olim, ubi rudis adhuc erat Botanices cultura, multi parum ab inuicem separasse uidentur. PAVSANIAS enim, in Boeticis Iridem describens, eam apud Chacronenses Lilio parem magnitudine facit, colore minime candido, in palustribus nascentem: NICANDER uero Iridem selectissimam oriri, ait, iuxta fluuenta Naronis, et Drilonis: Drilo autem, et Naron, ut ibi antiquissimus Scholiastes annotat, sunt fluiui, diuidentes Liburniam ab Illyrico. At Iridem in palustribus nasci, repugnat sensui, cum, plantam potius nasci in apricis et desertis locis, quam in uliginosis, manifestum sit: testimonioque THEOPHRASTI, et PLINII, repugnet. Ille enim, Iridem nasci, dicit, non in maritimis, sed in mediterraneis locis, et magis ad septentrionem sitis, ut palustria excludere uideatur: hic uero libro XXI. cap. VII. laudatissimam Iridem ex Illyrico petit; ibique non in palustribus, sed in syluestribus circa Naronem, et Drilonem, fluuios, emergere, tradit: id quod forsan a Nicandro in Theriacis didicit. Hi namque fluiui secundum Ptolemei Geographicam diuisionem, sunt in Dalmatia, Illyrico contermina. Sed esto, demus, in palustribus horum fluuiorum nasci: nullo modo tamen assentiendum est Pausaniae sententiae, Iridem uidelicet idem esse cum Gladiolo, propterea quia Gladiolus in palustribus nascatur; quae sane res imposuit Clarissimo uiro, CLAUDIO SALMASIO, in Botanice iudiciis ferendis saepissime satis incauto. Censuit namque uir illustris, Iridem idem esse cum Gladiolo: idemque cum Poetarum Hyacintho, manifestissimo confundens errore cum

Xyri-

Xyride, palustri quidem planta. Nam Gladiolus a DIOSCORIDE uocatur Xiphion, non Hyacinthus, de quo seorsim, proprioque, ac postremo capite agit. Absurdissimum quoque est, dicere Gladiolum esse Xyridem, cuius historiam affert idem ille auctor lib. IV. c. XXII. Sunt enim Gladiolo aeque flores quidem purpurei ac Xyridi, sed ibidem omnino a Xyride diuersa Gladiolo assignatur facies. Et quamuis DIOSCORIDES scribat Iridem Gladioli folia gerere, idcirco non florum indicat identitatem, sed foliorum tantum similitudinem. Vtrobique enim sunt folia, instar gladii longa, et con- simili latitudine: latiora tamen multo in Iride, quam in Gladiolo. Ceterum Iridis flores figura sua lupi rictui, labris- que perquam similes sunt: profus ut putem, a PHILINO apud ATHENAEVM lupos fuisse dictos. Non autem solum Irides diuersam ob radicem, in bulbosas et tuberosas, dis- spescuntur: sed etiam utrumque genus in latifolias et an- gustifolias. Colorum praeterea habita ratione, aliae flavae dicuntur, aliae rubrae, aliae uiolaceae, aliae albicantes, aliae coeruleae. Solent et nomen ferre a regionibus illis et locis, e quibus ad nos apportantur, ut Iris alia dicatur Lusitanica, quae gaudet flore duplici, odoreque dulci; alia Iris Floren- tina, duplicis floris, et albi coloris; alia Iris Chalcedonica, Constantinopolitana, Damascena, eademque maior, et minor; alia denique Persica, Susiana, Germanica. Celebrantur tamen hodiernum in nostris hortis eae inprimis Irides, quae uel ex Anglia, uel ex Hispania ad nos afferuntur, Irides bulbosae, Anglicae, et Hispanicae dictae. Imo hodie arbitraria plane est Iridum denominatio: id quod ex supra nominatis Iridi- bus, quae hoc anno hortum nostrum exornare coeperunt, cognoscas, et ex Catalogis discas, quos quotannis ii, quo- rum commercia circa flores uersantur, formis describi cu- rant. Veram Iridis faciem elegantissime expresit iconibus, non florem solum, sed totius plantae etiam faciem reprae- sentantibus, EMANVEL SVERTIUS in *Florilegio*, Tab. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXIIX. XXXIX. XL. XLI.

Semine latente intra pericarpium quadri-
capsulare.

C 3

DATV-

DATVRA, flore pleno, extus uiolaceo - purpureo, intus candido. Germ. Datura mit gefüllter Blume. Ann.

Si qui Solanum uocant hanc plantam, ii errant. Nam differt a Solano partim flore infundibuliformi, partim pericarpio quadricapsulari. Sed qui Stramonium appellant, nihil a ianua aberrant. Est enim perinde, siue Daturam, siue Stramonium dixeris. Nacta est planta uaria epitheta, quae singula sigillatim euolui merentur. Aegyptiacam uocat **VESLINGIVS**, quod Aegyptum nacta fuerit natale solum: Contarenam **ALPINVS**. Nam Contareus primus fuit, qui ex Aegypto ad nos traduxit. Foetida dicitur **CASPARI BAVHINO**: forsitan κατ' ἀντιφασιν. Nam licet folia eiusdem, quae longis petiolis insistant, et uirorem suum nigredinis aliqua mistura obscurant, sucto Stramonii more grauem, ac detestandum odorem spirent: flos tamen e contrario tantum abest, ut, id quod alii Daturae flores solent, uirili geniturae simile quid spiret, ut potius, quod in hoc plantarum genere plane est insolitum, ac infrequens, unicum odore suauitatis in tota planta compendium existat. Flore porro dicitur gaudere pleno a **PONA**: geminato a **PARKINSONIO**: duplici, triplicique, ab **HERMANNO**, intus albo, foris uiolaceo, a **TVRNEFORTIO**: plane ita, ut sese res habet. Florem enim, e denticulato calice enixum, ab angustiore ceruice, medioque turgidulo uentre, tubuli instar, sensim ducit, qui duplicatur, externaque facie uiolaceae purpurae decus induit, interna lacteo candore largius perfunditur, resupinatisque labris in lacinias aliquot dirimitur, quae, reortis sensum oris collectae, uelut in caudas attenuantur. Appellatur porro a **COLVMNA** Stramonium, foliis per ambitum in morem Xanthii incisus: et omnino in talia expanditur folia planta. Tandem uero et **C. BAVHINO** a pomo spinoso rotundo, semen pallidum continente, celebratur: quod utramque aliqua dignum uidetur reprehensione. Datura namque ea, quam noster hoc anno uidit hortu, fructu se ab aliis distinguit Daturis, quippe qui sua spinosa non horridus est cortice, sed innoxia sua scabritie paulo est aequabilior. Neque etiam adeo pallet semen, etsi id scribunt omnes, procul

cul dubio feminis immaturitate decepti. Nam frigoris minus patiens est planta: unde raro in hortis nostris semen perficit. Id quod ipse expertus STISSERVS his uerbis dolet. **W**iewohl dieses Gewächs ebenfalls Fährlich aus Saamen fort gebracht wird / welchen ich aus Italien erhalten / so ist dennoch selbiges weit zarter / als Stramonia, seu Datura maior foetida, pomo spinoso oblongo, westwegen man selbiges / nachdem es von Saamen / so in Monath Aprill bey vollem Licht gesetzt worden / aufgangen / für Reiffen / und Frost wohl warten / auch anfänglich mit Gläsern bedecken muß. Liebet eine gute lockere sandichte / wohlgemistete Erde / einen warmen Ort / so für kalten Winden sicher / und der Sonnen den Tag über wohl genießen kan / mäßige Feuchtigkeit / giebet zwar die Blumen / so viel ich aber anmercke / ist in diesen Landen schwerlich ein reiffer Saamen / als nur bey hitzigen warmen Sommern / zu hoffen; wird von dem ersten Reiff in Herbst verdorben / und hinweggenommen / glaube auch schwerlich / daß es durch den Winter zubringen sey. Et omnino per hyemem conseruari nequit delicatissima planta, cuius quod nacti fuerimus exoptatissima femina, feruori debemus aestatis praeteritae, qui tamen, quantuscunq; etiam fuerit, non nisi unicum ex multis plantae fructibus ad maturitatem perduxit. Et hunc adeo maturuit aestus, ut prius quam decerperetur, disilierit in partes: quod maturissimi feminis indicium, spem facit nos concipere maximam, futuro quoque nos anno egregio plantae spectaculo ufuros. Vario itaque nomine se commendat Datura nostra. Nam praeter illa, quae diximus, hoc quoque singulare habet, quod a PROSPERO ALPINO pro uero Dioscoridis Stramonia, ab aliis pro Solano Maniaco Theophrasti Eresii, et pro Hippomane Crataeae habeatur. Sane a multis retro seculis, ob uim delirantem, ac stupefactoriam decantatae sunt admodum Daturae, Stramoniique omnes species, de quibus cum curiosa perquam, si non fidem superantia, occasione Stramonii fructu spinoso oblongo, afferat AVCTOR der Geheimen Unterredungen / placet ea huc apponere. Ich will dem Herrn ein lustiges Experimentum hier anführen von einem Kraute / welches in sich uirtutem soporiferam, et narcoticam, ia gar Phantasticam hat. Welches ich zwar in diesen Lande nicht viel gesehen habe / mir aber doch einbilde / daß es eben hier auch

auch zu finden ist. Dasselbe hat die Krafft die Leute schlaffend zumachen / und wenn von demselben gegessen / oder getruncken wird / eine phantasiam zu erwecken / so daß der Mensch / wenn von demselben mehr / als er vertragen kan / gebrauchet wird / rasend wird / und um seinen Verstand kommet. Und dieses Kraut hat eben dieienige Krafft / und Würckung / als dem Semini Daturae zugeschrieben ist / und ich glaube / daß es eben diese Krafft / als Datura hat / nur daß es nicht vielen an diesen Orten bekand ist. Über diese obengemeldete Kräffte habe ich noch andere in Lithauen gesehen / daß eben dieses Kraut / oder Saamen / welcher in den am Kraut wachsenden Nepseln beschlossn ist / seine Würckung nach den Willen / und der Stellung des Colligentis verändert / und dasienige / was nur der / so Saamen samlet / thut / eben dieser Saame / eingegeben / dem Menschen in der phantasio / würcket. So hab ich von etlichen Herren / Dienern gesehen / daß sie / bey der Sammlung dieses Saamens allerhand Narrenposen vorgenommen / und unterschiedliche Stollagen gemacht / nehmlich sich ausgezogen / sich geschlagen / und dergleichen Dinge mehr / und wenn sie hernach diesen gesammelten Saamen jemanden in Essen / oder Trincken eingegeben haben / hat derselbe / so darvon gegessen / eben diesen Posen machen / sich ausziehen / und sich schlagen müssen / und solche Spiel habe ich öfters mit meinen Augen gesehen. In dieser Collection aber muß auch eine gewisse Zeit setzen / nehmlich wenn der Saame ganz reif ist ; Und in demselben Lande wird darvor gehalten / daß / wenn etwas casu oder per malitiam von diesen Saamen ins Getreyde kömmt / dieienige / die von solchem Brodte essen / oder von dem Biere trincken / phantastici werden / oder immer lachen / und hiervon ist das gemeine Lithauische Sprichwort entsprungen / daß man von einem / der sich nârrisch anstellet / und immer lachet / spricht : Er hat das Szaley gegessen / denn Szaley ist der Nahme dieses Krauts. Etliche Scribenten, und Medici wollen dieses Kraut mit Stramonia confundiren / weil dieses Stramonia nicht nur allein so Spinosa, als Szaley ist / sondern auch / nach Beschreibung Cardani Lib. 7. de subtilitate, eben diese Tugend hat. Dieses Stramonium wird unterschiedlich genennet / als Nux metella, Solanum spinosum, Pomum spinosum, Stech:oder Dorn:Nepffel. Es kommet aber dieses in der Figur, mit dem von mir gesehenen Kraut nicht überein

ein

An/ weil Stramonium, wenn es gleich eben solche stachelichte
 Frucht/ und eben solchen Saamen als ienes/ träget/ so ist
 doch dieses Stramonium oder Stech-Apfel/ rund wie ein Apfel/
 ienes Szaley aber hat eine länglichte Frucht/ einer Gurcken
 gleich. So sind auch vorse andere die Stacheln des Stramo-
 nii subtil, und schwach/ iene aber lang/ starck/ und sehr
 scharff. Dasselbe Kraut wird meines wissens von des Landes
 Medicis Stramonium peregrinum genennet/ von welchen auch
 Tragus erpöhnet/ und ich halte davor/ weil in allen Spras-
 chen Stramonium mit dem Substantiuo Apfel geheissen wird/
 als nehmlich Pomum spinosum in Lateinischer Sprache/ Stech-
 Apfel in Teutscher/ und Pomo Spinoso in Italienischer Spras-
 che/ so muß der Tragus Stramonium peregrinum eine ande-
 re Speciem Stramonii nennen/ und diese wird es ohnfehl-
 bar seyn. Wenn von denen histrionibus die Narrenspossen
 vorgenommen werden/ wird der Stech- Apfel secundum du-
 ctum pericarpium quadricapularis in 4. Theile auffgerissen. Haec
 talia, et his similia, qui de Stramonio, Daturaue legerunt,
 in eam uenere sententiam, annon et decantatum illud Tur-
 carum Maslach, pro basi, et fundamento Daturam agnoscat?
 At, quid de hoc sentiendum sit, nemo melius, quam TEN-
 ZELIVS ex WEDELIO sequentem exposuit in modum:
 Es hat Herr D. Wedel an den damahligen Türckischen Me-
 dicum, und Ober-Dolmetscher/ Alexandrum Maurocordatum
 unter andern auch diese Frage abgehen lassen/ was von dem
 Maslach zu halten/ das die Türcken trincken sollen/ damit sie
 zu streiten Courage kriegen/ worauf Maurocordatus ihm geant-
 wortet/ daß denen Türcken von ihrem falschen Propheten bes-
 kändter maßen verbothen sey/ einen einigen Tropffen Wein zu
 trincken/ und ob sich gleich die meisten daran nicht kehreten/
 sondern unvergleichliche Säußer abgaben/ so wären doch einige/
 die den Wein aus Religion stehen ließen/ hingegen andere voll-
 machende Sachen liebten/ so gar/ daß sie auch die bey anderen
 Nationen geschuete Siff- Mittel auf gewisse maße praeparir-
 ten/ und begirig hinein schluckten/ ja durch öfftern Gebrauch
 so hart würden/ daß sie selbige ohne allen Schaden in großer
 Portion nehmen könten. Also haben sie ein zum Schlass dies-
 nendes Confect, Bers genannt/ wovon sie vor dem Schmause
 drey oder vier Quentlein zu ehen pflegen/ andere aber/ sonders
 lich von den Armen/ können wohl zwey Quentlein Opü verz-
 D verschlin


Schlingen. Sonst haben sie noch ein groß Geheimniß/ Esra genannt/ welches andere unrecht asseral, oder asserali nennen/ von dem Worte Sir, arcanum, secretum, und zur Erquickung des Gemüths dienen soll. Recipe wilde Hanff/Blätter/ trockene sie im Schatten/ reibe sie zu Pulver/ thue solches in eine Butter-Büchse/ setze es auf einen Back-Ofen/ bis es dürr wird/ nim es wider heraus/ pulverisire es abermahl/ und hebe es auf zu deinem Gebrauch/ da du allezeit eine/ oder nach Belieben mehr Messer-Spizen voll nehmen kanst. Die Türckischen Mönche/ Dervisch genannt/ brauchen es also/ wann sie einmahl lustig seyn wollen: die andern Morgenländer aber nennen es benglicbange, oder bengi, und richten es auf allerhand Art zu/ wie Olearius insonderheit von den Persern bezeuget. Es ist auch kein Wunder/ daß der wilde Hanff die Lebens Geister zerstreuet/ die imagination verderbet/ und einen gleichsam närrisch/ und alles vergessen machet/ in dem der gemeine Hanff/ wenn man so viel isset/ das Haupt thumm/ und wandelliche Träume machet. Weil nun aus dem Vocabulario Turcico - Persico, welches der stattliche und glaubwürdige Poet Sahidi in Versen abgefasset/ zu ersehen/ daß auf Türckisch das jentge Maslach heißet/ was Persisch Bengi, so ist aus dem obigen klar/ was Maslach sey. Aber den Ursprung dieses Wortes will Maurocordatus weder aus dem Ebräischen/ noch Chal-däischem/ noch Arabischen her leiten lassen/ weil unter solchen Derivationen gemeinlich viel Irthümer/ und eine ostentatio eruditionis stecke/ und ist der Meinung/ quod in Etymologia ante omnia per aliquos characteres proposita uocabula sincere examinari debeant, ad quam nempe linguam pertineant, quo constituto uniuscuiusque dubiae dictionis origo a propria lingua petenda sit. Demnach sey Maslach kein Arabisches/ noch Ungarisches/ sondern ein Türckisches Wort/ und obgleich so wohl die Türckischen/ als Ungarischen Confiturer allen denen jentigen Confituren den Rahmen Maslach geben/ welche einen munter/ lustig/ und verwirret machen/ so wird doch derselbe eigentlich dem Esra oder Benglic zugeeignet/ weil es am meisten gebrauchet wird. Es habe zwar Muhammed verboten/ daß seine Leute bey angehendem Streit/ das rinnen sie ihr Leben lassen solten/ ihr Gemüth bey leiße nicht mit starken Speisen/ oder Trank turbirten/ dannerhero Belonius, und andre fälschlich vorgegeben/ als ob das Opium aus

dem ganzen Lande zusammen geführet würde/ wenn der Türckische Käyser in Krieg zöge; ja die Türcken rechneten unter ihre Stachel-Neden: *Alion mi iedin: hastu Opium gefressen?* Bengi mi sin: *hastu Bengi gefressen?* und hielten es erbare Beute vor schimpfflich/ so wohl im Kriege/ als sonst/ sich zum Opio oder Esrar zu gewehnen. Allein gleichwie ihrer nicht wenig sind/ die Wein/ oder Brandwein sauffen/ also pflegen die andern/ ihren Unnuth zu vertreiben/ sich so wohl zu andern opiatibus und narcoticis, als in specie zum Esrar, oder Maslach zu halten/ und solches nicht allein zu Hause/ sondern auch im Kriege/ so oft sie ihr Gemüth belüffigen wollen/ zu gebrauchen. Denn es bringet einem wunderliche impressiones, daß man bald bey Flüssen/ bald auf Bergen/ bald auf der Ebene/ bald auf Schmausereyen/ bald auf Hochzeiten/ und so fort/ zu seyn meinet/ ja diejenigen/ so sich daran gewehnet haben immer was närrisches an sich.

**Semine latente intra pericarpium
quinquecapsulare.**

KETMIA Aegyptiaca, semine moschato, Germ.
Diesem-Körner. Perenn.

Non Bel-moschi, sed Ab-el-mosch uocandam esse, aliquando scripsimus. Nec male, ut opinamur. Ita enim datis ad nos literis Medicus, in Arabica lingua uersatissimus, **SICES-
BECKIUS**: *Rectissime Ab-el-mosch dicitur, falso Bel-moschi*

dicitur. Nam uerba Arabica sunt  *Abul-
moschi secundum linguam eruditorum; Ab-el-mosch secundum lin-
guam uulgarem significat: Pater Moschi proprie: Vnde recte quoque*

كَبُ الْمُسْكَ *Habal-Moschi, Hab-el-Mosch i.e. Granum Moschi.*

KETMIA, flore sulphureo, longiore, maximo
Germ. Ketmia mit Schwefelgelber langer
Blume. Ann.

Cum Ketmiae huius semina transmissa nobis fuerint sub
monstruoso Alcaeae soldaniferae nomine, operae uidetur pre-
mium id paucis repetere, quod in Nouis Prouentibus Annæ
D 2

clō Idcc xl.

clō Iocē xi. fufe exposuimus, plantas omnes, flore simplici regulari monopetalo praeditas, eodemque formae ratione, cum floribus Maluae uulgaris conueniente, hoc est, campariformi, patente, et multifido existente, sicubi multcapsulares fuerint, pertinere ad Abutilon: sin quinque capsulares, ad Ketmiam: sin quadricapsulares, ad Gossypium: sin nudis feminibus semilunaribus, seu reniformibus, orbiculatim, in rotulae, aut caseoli formam dispositis, ad Maluam. Proinde quae Alceae nomine ab aliis insigniuntur plantae, nostro quidem iudicio dicendae sunt Maluae foliis profundius sectis, seu diuisis. Nam foliis a Maluis dignosci possunt, utpote quibus folia sunt minus secta, minusque uillosa, et incana. Imo et ipsum uellem ex Botanica plane eliminatum Altheae nomen, seu plantae, sola foliorum lanugine, canescencia, et mollitie a Malua sese distinguentis; nisi id tantopere celebratum esset in Medicorum scriptis. Quanquam ea, quam metuunt, expuncto Altheae nomine, et surrogato in eius locum Maluae, foliis mollioribus et incanis, notione, confusio in Pharmacopoliis, formulisque Medicorum, tanti mihi esse non uideatur, quanti illam aestimant RAIUS, et TOVRNEFORTIUS. Equid enim, quaeso, damni in aegrum redundabit, si pharmacopoeus, in formula legens Maluam foliis mollibus, non Altheam, sed Maluam aegro porrigat? Ceteroquin, de Ketmiae nostrae semine reniformi illud uelim notes, esse dorsum eius hirsuto, semicirculo cinctum.

Semine latente intra pericarpium mollius, paruum, seu baccam.

SOLANVM spinosum, arborescens Cap. Bon. Spei.
Africanisches Tollo Kraut mit Stacheln. Germ.

De hoc ipso, Nouis Anni clō Io cc xi. Prouentibus commemorato, ira ad nos perferipit Cl. SIGESBECKIUS: Quum ante duos circiter annos Brunsvigae comemorarer communi-
cauit mihi Amicus quidam semen Daturae uerae Orientalis, siue ut inscriptio erat: Datura ex Bantam seu Noua Batania. Hoc semen acceptum ferebat Chirurgus quidam tunc ex India Orientali redi-
diti, qui asseuerauerat, hoc uerum semen esse Daturae illius fa-
mosae Orientalis, quocum libidinosae mulieres maritos suos inebriarent.
Ego his semen illud terrae commisi, quod non solum progerminauit,

(10)

sed et floruit, ad frugem tamen non pervenit, unde sub autumnum in sicile usi reposui duo exemplaria, sed ambo, praeterlapsa hyeme, perire. Si scapham scapham dicere licet, hanc meam Daturam Orientalem unum idemque fuisse cum hoc Solano spinoso arborese. Cap. B. S. affirmarem, quum descriptio ad amissim respondeat, excepto solum flore, qui quidem erat facie Borriginis, sed non ex coeruleo-palescens, potius purpurascens. Praeterea hoc etiam, flore prorsus albo, in horto Senatorio vidi. His illud tacitum addo, me nihil dubitare, quin Vir nobilissimus idem nunc una mecum sentiat, et cum ipse Solano huic florem Borriginis acmulum, coeruleumque esse fateatur, proculque dubio colorum in floribus differentia tanti non aestimet, ut diversa plantarum genera constituere possint, male Daturam Orientalem appellatam a Chirurgo statuat.

BELLADONNA, flore lurido-purpureo. Germ.

Toll. Kraut. Ann.

Perquam multi sunt, qui Solano annumerant hanc nostram Belladonnam, eandemque nunc Solanum lethale, nunc somniferum, nunc maniacum, seu furiosum, nunc melanoceraion, nunc cosmeticum Solanum uocant: at male. Siue enim florem considerem, siue fructum, haud parum a Solano mihi differre uideretur planta nostra. Vt enim neque Solani florem rotatum dixerim facile, neque Belladonnae campaniformem: differt attamen utriusque forma. Solani namque flos radiatae ad instar stellae expansus est, cum e contrario Belladonnae flores striati concavi magis sint, et oblongi, tubulosique. Vnde et PLVCKENETIO Calathoides appellantur. Ita quoque ad fructum quod spectat, absit longissime, ut cum AMMANNO afferam, Solana et baccas gerere, et cerasa, et siliquas, et poma. Innumerabilis enim sic futurus esset specierum Solani copia. Et quanquam Solano aequae, ac Belladonnae, baccae sint: sed tamen alius est Belladonnae fructus, quam Solani, idemque globosus, mollis, septo intermedio in duo loculamenta diuisus, femina gerens utrinque placenta semicirculari affixa: quae cuncta in Solano haud reperias. Errant porro et illi, qui cum FVCHSIO existimant, Belladonnam nostram esse Solanum somniferum Dioscoridis. Deprehendit ipse hunc errorem suum, in magno, de Sisypium historia, commentario commissum, Fuchs-

huius, qui tamen mox in maiorem incidit, quando in paruo
 plantarum libro postea inter Mandragoras posuit. Somni-
 ferum quod dictum fuerit hoc olim uegetabile, et maniacum,
 imo lethale, haud mireris. Sunt enim hi ferme effectus Bel-
 ladonnae, quos in Anglia Gerhardus, in Germania Fuchsius,
 L. I. Wagnerus, et Valentinius, itemque Hoechstetterus ob-
 seruarunt, quando incauti uel pro Ebuli, uel pro Myrtilli bac-
 cis Belladonnam deuotarunt. Id quod etiam aliquando Brun-
 swigae euenisse, refert Sigesboeckius, literis ad nos datis, ubi
 praecipuae cuiusdam familiae filii duo, et filia unica, habentes
 baccas Belladonnae pro cerasorum fructibus, illas comedere-
 rint, indeque ambo filii mortis cefferint praedae, filia super-
 stite, et parum iade noxae accipiente: forsân, quod unam
 tantum, aut unam, itemque alteram deuorarit baccam. Bel-
 ladonnae autem, et cosmetici Solani nomen inde ortum, quod
 olim in Italia ex eius succo, uel aqua destillata, fucum con-
 fecerint multi, quo mulieres faciem oblinerent, ut ex rubi-
 gunda efficeretur pallidior. At excellentior longe, siquidem
WILLVGBEYO, secretum hoc reuelanti, fides habenda,
 Belladonnae est utilitas, siquidem recentia eius folia, mammis,
 in duritiem uergentibus tumidam, at non cancrifam, imposi-
 ta, eandem ex templo emolliunt. Quam in Solano emol-
 liendi uirtutem ut admittamus, **RAIUS** uelle uidetur, cum
 ita scribit. *Eorum et ipse non ita pridem effectum uidi oppido mi-
 rabilem. Nobilis domina, mihi nota, ulcusculo cuidam, paulo infra
 oculum, dextrum ne, an sinistrum, oblitus sum, nec multum refert,
 quod cancrifum esse suspicabatur, Folii recentis particulam imposuit,
 quae noctis unius spatio uicem oculi tunicam adeo relaxauit, ut om-
 nem explicandi se se, et pupillam contrahendi facultatem ei adime-
 ret: siquidem pupilla, clarissimo lumini obuersa, uehementer dilata-
 ta, persistit, socio, et pari suo plus quadruplo amplior, donec, amoto
 folio, uicem musculosam uim suam, et tonum paulatim recuperaret.
 Atque hoc ne quis casui imputet, tribus distinctis uicibus in se ipsa
 experta est eadem nobilis domina, me quoque tunc temporis forte for-
 tuna praesente. An Solanum hoc efficiat frigiditate, an potius ad
 quadam narcotica, considerandum. Chirurgus, qui cancerum eradica-
 uerat, et ulcus sanauerat, folii particulam loco imposuit ad hu-
 mores repellendos, ne eodem rursus confluerent: uerum ob sympto-
 ma praedictum eandem renouers coactus fuit. Siccae porro ra-
 dicis mira uis esse dicitur. Nam si drachmae pondere crassi-
 usculam*

uscende trita ea maceretur in uino horis ad summam septem, ac inde percolatum uinum quis degustauerit ieiunus, fieri dicunt, ut is nullo pacto comedere possit, nisi epoto paulo post acetos. Hoc enim antidoto factum statim excludi, redireque, qui sumit radicem, ad cibum. Certe iocus magnus esset, si quis gulosis paratis hoc apponeret uinum, iidemque, mensis optimorum ciborum apparatu instructis, assidentes, nihil prorsus ciborum ingerere possent. At caute uelim, hic iocaris, eaque recogites, quae olim THEOPHRASTVS scripsit ERESIUS: *Dabitur binus radice drachma pondus, si, ut quis ludat, sequo pulcherrimum esse putet, efficere intenderit: at, si uolueris, ut magis insaniat, drachmis duabus opus est: sin autem, nusquam insaniam solui ualueris, tres adhibis: et quatuor drachmas, si interimendum sit.* Diuersa longe ad his sunt ea, quae Sigesbeckius commemorat, se de Medico quodam audisse, quod radicibus Belladonnae restitui possant Maniaci. An conciliari inuicem haecce queant, differentiam diuersi effectus quaerendo uel in dosi, uel in recentia, et siccata radice, uel in certis Maniae speciebus, uiderint alii. Plantae iconem uideas certius apud MATTHIOLVM p. 1073. Comment. in Dioscorid. Florem autem, et fructum, una cum seminibus, si quisquam profecto accurate delineauit TOVRNEFORTIUS, Tab. XIII.

HALICACABVS seu Alkekengi Indicum minimum. Germ. gelbe kleine Juden-Kirschen.

Est idem quod Iacobus BONTIUS, L. VI. Hist. nat. C. LIII. sub nomine Halicacabi, et HERMANNVS Hort. Med. Lugd. Bat. p. 569. sub nomine Solani uescarii Indici minimi proposuit. Est inter ceteras huius sortis species omnium minima, facie quidem ad Solanum Indicum Camerarii et Io. Bauhini accedens; partibus tamen omnibus tenuius et gracilius. Radice mititur tenui, alba, fibrosa: Cauliculis dodrantalibus rotundis, tenuibus; glabris, crebros in ramos diductis, media sui parte humi procumbentibus: Foliis Solano uulgari similis, sed multo minoribus, atro-uiridibus, acuminatis in margine aliquando integris, nonnunquam leuiter crenatis. Ad horum sinus prodeunt subinde in caliculis quinquifidis flores parui, pallide flauescens, monopetali, in quinque angulos acutos

acutos dissecti, ad fundum fuscis maculis inscripti. Hos excipiunt vesiculae herbaceae, angulosae, Solano praedicto duplo minores, quibus includitur bacca concolor, referta seminibus depressis, pallidis, in pulpa uirenti, acri et amara. Copiose sponte prouenit in multis, fordidis, et aridis Malabaricae et Zeylonis locis. Icon plantae accuratissima est apud HERMANNVM dicto Libro p. 371

BRONIA Africana, flore herbaceo, fructu rubente. Germ. Africanische Gicht = Rube mit rother Beere. Perenn.

Flosculi monoperali regulares herbacei in quinque laciniis sunt diuisi, totidemque crocatis staminibus constant, insistentque singuli singularibus tenuibus petiolis, in quos pediculus, ad alas emergens, est diuisus. Qui fertiles sunt flores, subiectum habent capitulum, futuri fructus primordium, quod ex marcidis flosculis in baccam abit insigniter rubentem, magnitudine pisum maximum aequantem, si non superantem, cui inclusi sunt acini fusci oblongo-rotundi quatuor. Emitterit planta ex summo capite flagella longa, capreolata, tenera, nodosa, glabra, ramosa, quae congenerum more obuia scandunt, seseque iis inuoluunt. At haerent iisdem folia alterna, glabra, lucida, in aliquot lacinias profunde secta, unde HERMANNO Bryonia Africana laciniata dicitur, eademque tuberosa radice, quia radice nititur profunda, pugnae magnitudine, raphani ad instar albida, paucis fibris praedita, imaque parte duos uel tres appendices, quasi totidem nouas radices promens, quemadmodum integram plantam in Paradiso Batauo p. 207. depingi curauit.

BRONIA Africana fructu aureo radice tuberosa. Germ. Africanische Gicht = Rube mit pomeranz farbener Beere. Perenn.

A priore parum differt, si exceperis colorem baccae, quae nostrae aureus est. A nemine adhuc dum Botanicorum descriptam reperio, neque enim est Bryonia Americana fructu aureo, quam PLUKENET Phytogr. T. CLI. fig. 4. depingit, quia nec fructum habet tetrapylon, sed dipylon, nec lupuli folia

REGVLARI MONOPETALO.

folia, sed incisa profundius, ut paulo ante descripta Bryonia nec, quantum noui, uenenatus iurefructus dici potest.

BRYONIA Zeylanica fructu uiridi, lineis lacteis ornato, folio digitato. Germ. *Allerhand Arten von Ausländischen Sicht-Rüben.*

Dicerem, esse Bryoniam Zeylanicam, foliis profunde laciniatis, quam HERMANNVS p. 97. Horti Med. Lugd. Bat. et STISERVS p. 56. Botanicae curiolae delinearunt, nam omnibus notis cum hac conuenit; nisi ibidem legerem, eius fructum oblonge rotundum, uiridem, lacteas strias inscriptas habentem, tandem fieri rubellum. Nostra namque haec Bryonia femina dedit hac aestate maturissima, nec tamen color baccae in rubedinem degenerauit, sed uiridis permansit. Ceterum de feminibus nostrae notes uelim, ea instar normae esse posse, ad quam exigantur omnes plantae, quae Bryoniis annumerantur. Est enim nulla Bryoniae species, quae adeo distincte cingulum illud prominens, quod Bryoniarum femina in medio, fasciae ad instar, ambit, exhibet, atque haec nostra. Et ad hoc quidem si attendisset TOVRNEFORTIVS, neque negligentius formam seminis, teste Tab. 28. lit. G. et H. considerasset, neque clauicalas, quibus Bryonia, tanquam manibus, adminicula apprehendat, unquam pro nota, qua distingui Bryonia ab aliis congeneribus plantis debeat, uel possit, uenditasset.

Semine latente intra pericarpium mollius, pomo aequale.

LYCOPERSICON Aethiopicum, fructu solidiore, sulcato, miniato, elegantissimo. Germ. *Aethiopische Lieb-Aepffel.*

Solana, quae poma proferunt incisa, striata, uel sulcata, Lycopersica dicenda esse putamus, nam Solana proprie dicta baccas gerunt. Atque hinc neque HERMANNVM p. 378. Prodr. Parad. Batani, neque RAIVM p. 354. Tom. III. Opp. Botan., neque PLUCKENETIVM p. 351. Almagesti, qui Solanum Aethiopicum pomiferum spinosum, fructu sulcato rubro, appellarunt nostrum, sequimur. Dubitamus etiam, an idem sit cum Malo Aethio-

pico Dodonaei, seu Solano pomifero, fructu rotundo, striato, duro C. Bauhini; nam nec fructus forma, nec folia, spinis destituta, uti a PLVKENETIO Tab. 226. fig. 4. Phytograph. delineantur, cum nostro conueniunt, cuius fructus est 4. profundioribus fulcis ita diuisus, ut quaelibet fructus portio corculum quasi quoddam repraesentet; foliaque ita sunt comparata, uti Solani spinosi, Maderaspatanum dicti, folia PLVKENETIVS Tab. 316. fig. 4. depingit, id est, neruus cuiuslibet folii est tam superne, quam inferne aculeis egregie armatus.

Plantae, gaudentes flore perfecto, simplici, regulari, tripetalo,

Semine nudo unico.

LAPATHVM hortense, latifolium, Patientia dictum, Germ. *Mönchs-Rhabarbar*. Perenn.

Cum nuperis in Prouentibus mentem nostram de hoc Laphatho aperuissimus, sequentem in modum suam exposuit laudatus saepius SIEGESBECKIVS. An Laphathum hoc hortense latifolium, quod Muntingius in Tract. de uera Herba Br. sub nomine Laphathi satini longifolii Antiquorum, et Patientiae, proponit, sit Rhabarbarum sic dictum Monachorum prorsus, nec sine causa, dubito. Potius statuo illud pro Rhabarbaro Monachorum, cuius sub hoc nomine radix in Officinis hodiernum profertur, et in hortis quibusdam, quos Botanices gratia uisitati, semper quaerenti mihi sic denominatum est; quod Muntingius citato Libro Rhabarbarum rotundifolium uerum, seu Laphathum satini rotundifolium amplissimum flore albo, seu Reum Antiquorum uocat, cuius et descriptio, ac delineatio cum illo, quod ab quoties uidi, quadrat. Sed quoad uires radicum illae multo sunt inferiores, quae in hortis conluntur, prae iis radicibus, quae in Bohemia sponte, ut mihi relatum, copiose crescunt, et inde a Rbizotonis adferuntur, et uenduntur. Praeterea minus uerum et illud est, Rhabarbari sic dicti Monachorum radices purgatrices esse, quum saepissime, irrito semper conatu, id fuerim expertus. Dico potius hancce radicem uirtute Alexipharmaco-Balsamica esse praeditam, et specificae in dysenteria, et eiusmodi alia

aliis malignis alui fluxibus hanc uirtutem exserere. Nam haec optime scio, et experior, qui crebrius, ac forte alii, hac radice, praecipuis in forma Essentia utor. Quae cum legissem, recordatus sum eorum, quae sedulus plantarum apud Lipsienses Indagator, Nobilissimus SCHVLZIVS, aliquando de eodem argumento his ad nos perscripsit uerbis. Weil ich in dem Lapatho hortensi, seu fatiuo, rotundifolio obseruiret/ daß lacini-
 ae, oder petala florum alle einander gleiche stehen in fundo, und also verbrocketen/ auch keine/ als wie in den andern speciebus Lapathorum, die Semina einschließen/ sondern diese auch von der andern ihren unterschieden/ kan ich wohl nicht anders solche/ als zu Floribus hexapetalis machen. Ich habe von beyden die Semina beygeleget/ ingleichen/ so gut sich thun lassen/ die flores exprimiret/ und aufgemachet/ so sie hier betrachten können. Wie wäre es/ wenn das Lapathum Satiuum rotundifolium, das rechte Rhabarbarum wäre/ ob es gleich hier bey uns eben nicht so starck laziret. Ich habe doch vor 12. Jahren hier im Bosischen Garten/ als ich muste versetzen lassen/ Radicem schon als einen ziemlichen Arm dicke/ angetrossen/ ja noch dicker. Also könnte dieses Rhabarbarum/ das andere aber Lapathum heißen/ denn ob sie gleich einander etwas verwand/ so sind doch ihr Wachsthum im Blühen/ und auch quoad Semina ziemlich distinct. Wer hat auch das rechte Rhabarbarum Chinesens blühen gesehen? Im Kupffer/ oder Holzschnitte wohl/ da es einer dem andern abborget/ aber keiner in rerum natura. Ego epicrisin addere uix dum sustineo, quod nec dum satis in hanc plantam existimem me inquisuisse.

ACETOSA Bucephalifera. Germ. Neapolitanischer
 Sauer: Ampffer. Ann.

Vocari solet communiter Acetosa Ozimi folio. Nam solent Botanici differentiam Acetosae per folia in primis explicare. Vnde Acetosa alia dicitur folio crispo: alia folio longissimo, et angustissimo: alia rotundo: alia subrotundo: alia Ari: alia Mali Limoniae: alia Fegopyri: alia Sagittae: alia Calthae: alia Atriplicis: alia Arisari: alia Cochleariae: alia Lanceolae: alia scutato: alia undulato: alia denique multilobato folio. Non dicam nunc, quam male, uel bene. Id monebo solum, male nostram Acetosam dici Ozimi folio

folio. Variant siquidem Ozimi folia mirifice inter sese. Nam nosmet ipsi uel decem in horto nostro serimus Ozimi species, quae omnes foliorum facie differunt. Ecquodnam igitur intelligas, obsecro, Ozimi folium, sicubi Acetosam nostram per Ocymi folium a reliquis Acetosis uolueris separare? Nihilo uero rectius uocatur aliis Acetosa Italica, aut Neapolitana. Nam licet semina ad nos ex Italia transferantur, ipsaque haec Acetosa sponte oriatur in regno Neapolitano: tamen non ausim ab hoc denominare eam solo, cum et MAVRITIVS HOFMANNVS eam sponte nascentem uiderit in agro Noribergensi. Hinc, ut ab aliis rectius feceratur Acetosae speciebus, inuentum a FABIO COLV-MNA Acetosae Bucephaliferae epitheton retinendum censui. Iconem huius dedit MVNTINGIVS, perinde ut Acetosam arborem, cuius in Prouentibus Anni c^o 1600 mentionem fecimus, Iconismo expressit elegantem PLV-KENETIVS Tab. CCLII. Phytographiae, Fig. III. Diximus, dicto libello, Acetosam arborem esse id uegetabile, quod PONA Lunariam Magorum Arabum dixisset: sed, talem regni uegetabilis incolam haud esse, euincere nititur SIGESBECKIVS, quando sic scribit. *Mirror, Botanicos quosdam, Bauirum, Ponam, Plukenet, et alios credidisse, Magos Arabas per Lunariam suam simplex aliquod ex uegetabili regno intellexisse, quum potius mysticum illud Lapidis sui subiectum hac notione inuoluere illis placuerit. Idem hoc esset, ac si statuerem, quando Theodorus Mundanus in epistola de Q. E. Philosophorum dicit: Trifolium nostrum aquaticum, illum Menianthemum, seu Trifolium palustre fibrinum intelligere. Pertinet ergo haec Lunaria Magorum Arabum inter Plantas in rerum natura non existentes, uti et Dra. cuculus maior Matthioli, Agnus Scythicus, Baaras etc. de quibus alibi forte copiosius.*

Plantae, gaudentes flore perfecto, simplici, regulari, tetrapetalo,
Semine latente intra pericarpium bicapsulare longius.

KEYR

KEYRI flore luteo pleno, foliis, uiridi et albo colore, uariiegatis. Germ. *Gesüllte gelbe Weissen mit versilberten Blate.* Perenti.

Facile perit Keyri folio uariiegato: quae nobis res locum dedit ita de plantis, quorum folia communiter esse solent uiridia, rariuscule uariiegata, philosophari, ut fere afferamus, causam pecti folii esse in radice, aliqua sui parte corrupta, aut minus uegeta, quaerendam. Plerumque enim pereunt tales plantae, quae ex folio uiridi in uariiegatum solent degenerare; id quod et Ozimum folio uariiegato, et Salvia nos aliquoties edocuit. Pingique eiusmodi folia colore uel auro, uel argenteo, uel rubente, ob futuri nutritii defectum, multarum plantarum, arborumque folia comprobant, quae casu cum sunt propiora, coloribus, modo dictis, sensim, sensimque, magisque, et magis tinguntur, usque dum plane decidant.

Semine latente intra pericarpium bicapsulare breuius.

COCHLEARIA altissima, folio tereti. Germ. *groß Löffel-Kraut.* Ann.

Vocatur aliis Cochlearia Orientalis, Cochlearia Batava, Cochlearia folio Glasti. Nos rectius altissimam folio oblonge rotundo dicimus. Folia etenim eius oblonga, et rotunda, seu teretia sunt, palmam laram longa, tres digitos lata, pallidius uirentia, acrioraque longe, quam sunt folia Cochleariae uulgaris. In humanae etiam usque staturae modum excrescit herba. Habes exemplum, ex quo discas, quam male **RAIUS** in reddendis plantarum characteribus ad habitum earundem modumque in primis crescendi attendere iubeat. Quando enim notas Cochleariae genericas, staturam humilem, et folia subrotunda esse, uult, quo iure poterit hanc nostram ad Cochlearias referre? Iconem fac uideas apud **LOBELIUM**, in stirpium obs. p. 156.

E 3

Plan-

Plantae, gaudentes flore per-
fecto, simplici, regulari,
hexapetalo,

Semine latente intra pericarpium mem-
branaceum tricapsulare.

TULIPA, sigillatim:

Vroege Franse Dorothea.

Vroege Dorothea uan Bali.

Pergom Voorhelm.

Eendnagt.

Claremont.

Morliaen.

Delia.

Cardinael.

Bisart Florissant.

Memorable Royal.

Baiazet.

Orientalis.

Van den Enden.

Goude Colom.

Violet.

Grand Iupiter.

Atis

König Alexander.

Burgane Amour Royal.

Madame de la Valliere.

Roy de China.

Grooten Jaen.

Pergon de Franse.

Groten Dagon.

Kerhles de clare Kern.

Graef Adolfus Bontlof.

Germ. Allerhand rare Sorten von Tulpen.

Lepi

Lepidissimum florem Turcico uocabulo, Dalmaticis pileis ob similitudinem communi, Tulipam Botanici appellarunt. Nullius in plantae flore uersicolor naturae licentia aequale sciuat, ac in Tulipae. Adeo enim uariat, ut iam ante elapsum ferme seculum supra ducenta, coloribus discreta genera numerarint. Iam uero, cum semper plus fere noui afferat foecundior, quam olim attulerit Africa, Flora, multo licebit plura percensere. Inuenitque haec colorum uarietas tot amassios, ut mirati non solum Tulipam, sed infani propemodum amore fuerint profecuti. Afferit hanc in rem lectu dignissima TENZELIUS, quae ut huc transcribantur, oppido mereri uidentur. Daß die Tulipe ein Meister: Stücke der Natur sey/ gebe gerne zu / und erinnere mich wohl / was für einen seinen Discurs Herr Francisci dem andern Theil seiner lustigen Schau: Bühne / p. 638. sq. einverleibet / von denen Tulipanen / und ihrem ungläublichen aestim im Holland vor anno 1623. da man für die allerschönste Tulipe / wie sie das mahl gehalten wurde / in Amsterdam 1000. Gulden gezahlet: Sie wurde semper Augustus genennet / weiß von Farbe mit Lactroth / aus einem blauem Grunde / bis oben zu / sein proportionirlich / und ebenmäßig geflammet. Ja anno 1633. hat eine derselben 2000. Niederländische Gulden gekost / und ums Jahr 1637. ist keine ums Geld mehr zu kauffen gewesen / weil derselben nur zwos / eine zu Amsterdam / und die andere zu Harlem / vorhanden waren. Es sind auch andere solche Blumen mehr / einzeler Weise / für etliche tausend Gulden verkaufft worden. Einer hat vor 10. Tulpen: Zwiebeln 12000. Gulden geborhen / und vom Verkäufer doch nicht erhalten: ein anderer Tulpen: Narr hat für eine einige Zwiebel 3000. Gulden gegeben. Und was noch mehr ist / es waren dazumahl in Holland viel Kauff: Handwercks: und andere Leute / die alle ihre Vermögen an solche Blumen hingen / und Handelschafft das mit trieben. Teutschland ward mit dieser Lohrheit auch allgemach angestellet / aber anno 1673. fiel die Lust auf einmahl / und mußte ein jeder Tulipan: Händler wieder seine vorige Nahrung suchen / wobey aber viel den kürzern gezogen / und ins Armuth gerathen sind. Man solte man fast zweiffeln / ob es möglich wäre / daß solche Tulpen: Narren hätten in rerum natura seyn können / alleine die curieuseu Scribenten derselben Zeit / und aus ihnen der Herr Francisci, haben uns ausführlichen

lichen Bericht davon erstattet / zu dem hat die Töhrheit der Menschen noch wohl in geringern Dingen hervorgeguckt. Nur möchte ich wissen / ob die Tulpen-Narren auch unter denen neun und neunzig Narren stünden / welche auf den Saal eines Edelhoffs / nicht weit von Halle in Sachsen gemahlet sind. Allein wenn auch gleich etwa in specie kein Tulpen-Narr auf jenem Saale zu sehen / so wird doch wohl der Blumen-Narr in genere sich praesentiren / und unter seinen Blumen auch die Tulpen ueneriren. Wie dem allen aber / so ist doch gewiß / daß die so genannte Semper Augustus Tulipe in große decadance kommen / und heutiges Tages andere ihr weit vorz gezogen werden / welches aus dem Catalogo der Gevevauischen Tulipanen erhellet / da bey Semper-Augusto gar kein Preis stehet / aber Cesar d' Marans vor 36. Fl. Liste vor 30. Fl. Palamedes vor 25. Fl. Paraches raielle, Triumphant, und Himmel Aurora jedwede 8. 7. 6. 3. und 2. Fl. angefüget werden. Es ist auch eine Sol genant / die 24. Blätter hat; und eine andere Solo sicut Sol, mit 200. Blättern; welche ich beyde höher / als dem Semper Augustum, aestimiren wolte. Aber es heißet hier auch: *Trahit sua quemque uoluptas*, und bleibet doch dabey: *Vanitas uanitarum etc. At, ne nimium colorum horum florum credamus, iam olim praemonuit CLVSIVS, quando, alternis annis uersicolorem Tuliparum inconstantiam liberaliter credulos eludere, scripsit uerissime.*

**FRITILLARIA, Germ. Fritillerie. Male Narcissens
Lilien/**

figillatum

Fritillaria flore pleno

fl. rubro maiore

fl. albo

fl. flauo elegantissimo.

A discolori forma Liliū uarięatum uel marmoratum dixerunt Fritillariam illi, qui non attenderunt, utramque florem et petalorum compositione, et fructus tricapsularis externa figura, et pistilli denique forma, ac tandem radice in primis multum differre, uti cuilibet patebit Tabulam CXC V et CXC VI Turnefortianam cum CCL conferenti: ex quibus
quod

quod radices attrinet, sigillatim intelliget, Lilio esse radicem bulbosam ex pluribus squamis carnosis, axi affixis, constantem: Fritillariae uero radicem ex duobus tuberculis, plerumque semiglobosis, inter quae caulis affurgat. Ipse etiam flos deorsum semper nutans, ac tintinnabuli more pendulus, Tulipae magis quam Lili est aemulus. Longe adhuc inconuenientius Narcissum dixerunt alii, eundemque ab inuentore Caperonium: nam monopetalon, non hexapetalon Narcissum esse, uel pueri norunt. Rectius igitur nuncupatur Fritillaria a fritillo, quoniam ab alueo lusorio maculosas areolas mutata esse, uidetur: unde et flos tessellatus dicitur. Omnem siquidem Fritillariam oportet habere tessellatum florem, excepta forsitan Fritillaria alba, quam habet Hortus Eichstadiensis Plantarum uernal. Ord. III. fol. 8. fig. 3. et Fritillaria minore, obsoleto colore, inodora, quae est ibidem l. c. fol. 9. fig. 2. At non omnis tessellatus flos est Fritillaria. Id quod obseruarunt minus ii, qui tessellatum ob florem Asclepiadem Africanam aizoidem Fritillariam crassam appellauerunt. Poteris et suauiori gulae uocabulo Fritillariam uocare Meleagridem: est enim pictis Africae gallinis consimilis. Ceterum unico ex caule pedali, aut etiam longiore, tenui, quinis, aut pluribus foliis angustis, carinatis, impense uirentibus, atque inordinatis conuestito, flores singuli, interdum bini, raro plures nutant. Vnicam enim tantum nouimus Fritillariam polyanthon luteam, quam reperias in Horto Eichstad. l. c. fol. 9. fig. 3. Quadratis, aut oblongis maculis alternantibus plerumque bicolores, uelut opere tessellato, elegantissime uariant. Nonnulli etiam unius coloris flores sine uarietate delectant. Interior petalorum pars floridiore tinctura saturatur. Ungues, ut in rosis, candicant: inde ad medium usque folium herbidi coloris linea producitur. Stylus, e floris erumpens umbilico, inter sex luteos crocos, quodam quasi puluisculo conspersus, multifidus eminet. Folliculus deinde turgescit saepe uncialis, ac triangularis, superne crassior, haud coronatus, semine foetus rufo, exiguo, plano, et membranaceo. Radix bulbosa subiacet, plerumque pusilla, orbiculata, depressa, nudula, exalbida, ubi aliquandiu inobruta fuerit, leuiter lutea, in binas ut plurimum aequales partes ueluti dissecta, et qua caulis existit, extuberante toro puluinata. Hae ipsae non palato, sed oculis gratae Meleagrides, soli pinguitudine, situs o-

F

paci-

pacitate, ac frigore, nec non tempestiua per aestiuos feruores irrigatione delectantur: Fictilibus malunt, quam areolis, infodi; ut ab intempestate coeli tuta in loca subducantur. Digitorum trium demissionem, ac totidem intercapedinem amant. In floribus legendis quam minimum cauliculorum decerpatur, quia nocentissimum id bulbis est. Hosce saepius refodi non patitur paruitas et nuditas. Septembri mense, ubi res poscet, eruentur, si tamen annus refrixerit, continuoque saturo recondentur. Nisi statim referri possint, diu saltim inobrutum ne sint: quia parentis, altricisque telluris exules, moerore, senioque rugati perniciose exarescunt. Semine fatuae, florum colore a parentibus non degenerant. Varias Icones Fritilliarum reperies in Horto Eichstadiensi, Plantar. Vernal. Ord. III. fol. 8. et 9. et apud Eman. SWERTIVM Lib. I. fol. 7.

CORONA,

figillatim

Corona flore rubro

Bontlof

Kron op Kron

Gelbe

Bontlof met de streb in t' inidden

Germ. Diverse Sorten von Rapsen = Kronen.

A reliquis plantis, flore regulari hexapetalo ornatis, capsulaeque triplici semine gerentibus, facile sese distinguit nostra, florum suorum dispositione, quam uernacula augustius longe, ac latina uox nominat. Appellatur enim latine Liliun regium; at Germanice Corona Imperialis. A nobis Corona dicitur, quia a Lilio dicta florum dispositione differt: neque uero Corona Imperialis, quia epitheton hoc uidetur superuacaneum. Qui potiores plantae partes egregie depictas inspicere gestit, is in Turnefortianam Tabulam CXCVII et CXCIIIX intueatur. In primis cum uoluptate cernere est in intimis foliorum singulorum floreis unguibus margaritarum gemella candida tubercula, quae cura sereno, tum maxime pluuis

plauio coelo limpidam, et praedulcem aquam guttatim delacrymant, salubri documento, scaterere lacrymis etiam coronas. Pertinacis sunt durationis. Nam flore licet relecto, multos tamen perdurant dies, donec marcescente flore, eminuata haec unionum rudimenta introrsum abeant in aequae candidas lacunas. Argenteis his guttis Turcas uti dicunt ad uomitum excitandum; alios ad foetum excludendum. Bulbosa radix foetido se prodit odore, et CLVSIO hircum, FERRARIO allium, RAIIO uulpem, aliis Colchicum, aut quid multo adhuc insuauius, olet. Obseruatum est ceteroquin a Coronae bulbo praefragiri, et praemonstrari temporum uices. Vbi enim is caulem trudit, desiisse frigora significat. Erutus quoque, et sicco loco repositus, ubi fibras mittit, imminentes pluuias, frigidiorumque tempestatem praenunciat. Elegantissimas Coronae Icones uide sis in Horto Eichstadiensi Ordine V. plantarum uernalium fol. 1. 2. 3. et apud SWERTIVM, Lib. I. Florileg. fol. I.

MARTAGON,

sigillatim

Martagon fl. pleno

Pamponianum

Constantinopolitanum

Variegatum.

Germ. Diuerse Sorten von Türkischer
Bund.

Liliis annumerant, qui Lilium syluestre, aut cruentum, aut montanum, aut bulbiferum, aut Lilium foliis reflexis uocant. Et sane Liliis annumerari potest. Quia tamen reflexa in conuexitatem singularem huius floris petala, singularem quandam praese ferre uidentur formam, et praeterea iam ab aliis uox Martagonis introducta est, malimus Martagonem, quam Lilium appellare. Elegantissimae sunt, quas hic recensemus Martagonis species. Sigillatim Pamponii Martagon bulbum habet iustae magnitudinis, minutissimis quasi squamulis compactum, depresso sulphureo colore flauentem. Scapus in quatuor circiter palmos adolefcit, ac productioribus,

bus, tenuissimis, contortis, asperis, inferiore parte abunde uirentibus, et paulatim decrefcentibus foliis fastigatus, densius capillatur. Infident scapo flores plures, paucioresque, pro aetate aut uigore plantae, in iunioribus pauciores, et rarius dispositi, in uetustioribus multo plures, et densiores, adeo ut **PARKINSONIVS** aliquando in uno caule flores sexaginta, in alio centum ferme, confertim nascentes, obseruarit. Color florum ex luteo rubescens est, minus saturatus et intensus, quam **Martagonis Constantinopolitani**, suntque flores etiam **Constantinopolitano** minores. Iconem **Pamponiani** expressit **SVERTIVS** in *Florileg. L. I. fol. 49.* quemadmodum et reliqua **Martagonum** genera apud eundem reperias depicta fol. 50. 51. 52. 53. Quibus adde Iconismos **Beslerianos**, in *Horto Eichstadiensi*, inter uernales plantas, reperiundos *Ord. V. fol. 7. 8. 9.*

Plantae, gaudentes flore perfecto, simplici, regulari, polypetalo.

Semine latente intra pericarpium membranaceum, quincapsulare.

MESEMBRIANTHEMVM Africanum, erectum, floribus albis, paruis, umbellatis, folio triangulari.

Male ab **HERMANNO** dicitur teretifolium: sunt enim folia trigona. Nec commode a **PLVCKENETIO** frutescens appellatur **Ficoides**: ad fruticis enim robur non assurgit. Recte flores dicuntur parui: sunt enim floribus **Bellidis syluestris** minoris paulo minores; recte umbellati: ea enim serie, et copia prodeunt, ut perpulchrae umbellae speciem exprimere uideantur. Icon est apud **HERMANNVM** *Paradis. Bat. p. 166.*

MESEMBRIANTHEMVM Africanum, erectum, minus, flore luteolo, folio triangulari, glauco.

Ani-

Animaduerte, huic aequae, ac praecedenti Mesembrianthemum, esse flores simplices, regulares, polypetalos, quinquangulumque huius fructum, ubi adhuc recens fuerit, esse fuculentum, et dulcem; uetustum fieri fungosum, tenacem, et quasi coriaceum, ac in summo planum: esse denique eundem quinque stellatim decussatis radiis insignem, ac in totidem oblongis loculis semina, pallide flavescentia, angulosa, dura, exigua includere, adeoque characterem uerum possidere, quo et a Seda, et ab Aloe, et a Kalio se distinguat. Foliorum quoque sapor proditur nunc salus, nunc aquae instar insipidus, prout fert ingenium folii, in quo nascitur. Ad haec omnia sicubi attenderit Clariss. SIGESBECKIUS, fecisse me fatis, existimabit iis, quae hisce uerbis nuper ad me perscriptis. Certe huc usque mihi nemo Botanicorum, quamuis singulorum conatus, et labores amplissimas mereantur laudes, in euoluendis, et exhibendis ueris plantarum, notis characteristicis satisfecit. Quid? si statuerem omnia Aizoa, i. e. semperviuia sapore dulci, uel insipido, uel parum acris, ad Seda: sapore salso, ad Kalio referri debere. Verbo Kali hic uulgariter sumptio, dum putant idem significare, ac si dicas sal salsum, quum potius uerbum Kali, uel Alkali, sit Aegyptiacum, et summum bonum significet. Ergo et hic sic dictum Mesembrianthemum, uel Ficoidum Africanarum et Americanarum genera ad Kalio pertinebunt. Certe a Pauli Ammanni partibus hic fito, qui haec plantas Kalio Africana uocat. Scio optime, mihi hic obici posse, esse tamen Aloes species, quae dulci sunt sapore, e. g. Aloem mucronato folio Americanam maiorem Muntingii: est sciant, quod Fabius Columna lib. 1. rariorum, et minus cognitarum stirpium c. 11. tradat, quomodo succus ille concretus amarus, sub nomine Aloes Succotrinae in officinis prostrans, elici queat ex uenulis foliorum, per obliquum incisorem, quum per se folia incisa succum fere inspidum exsudent. Icon est apud HERMANNVM Hort. Acad. Lugd. Bat. p. 248.

MESEMBRIANTHEMVM Africanum minus, erectum, flore intus aureo, foris purpureo, folio triangulari, uiridi. Icon est apud HERMANNVM Hort. Med. Lugd. Bat. p. 249.

F 3

Mese-

MESEMBRIANTHEMVM Africanum, procumbens, flore purpureo, folio tereti. Icon est apud HERMANNVM Hort. Med. Lugd. Batav. p. 251.

MESEMBRIANTHEMVM Africanum, minus, multicaule, flore intus rubente, extus incarnato, foliis planis minoribus, incana, bullataque aspergine perfusis, idemque annuum. Icon est apud HERMANN. Hort. Lugd. Bat. p. 253.

MESEMBRIANTHEMVM Africanum, procumbens, flore argenteo minore, foliis luteis, crystallinis maculis conspersis. Planta est annua. Icon est apud VOLCKAMMER. Flor. Norib. p. 166. Germ. Verschiedene Feigen ähnliche fremde Gewächse mit allerhand Blättern und Blumen.

Meretur, ut hortos exornet iucundissimum Mesembrianthemorum spectaculum. Nam et florum se commendant elegantia, diuersimode picta, et foliorum mira uarietate: et quia, medio die sole illustrati flores expanduntur, sero uero, mane se claudunt, ac quasi abscondunt, quoddam uelut sui desiderium in nobis excitare uelle uidentur. Ceterum, cum uarios eoluimus Botanicorum Catalogos Mesembrianthemorum, eos ita comparatos reperimus, ut unum, idemque Mesembrianthemum, mutatis tantum epithetis, saepe ter, quaterque reperatur. Qua de causa denuo ordiri recensitionem Mesembrianthemorum, in his Nouis Prouentibus constituiamus, idque dare operam, ut annotata coloris in floribus diuersa pictura, et modo crescendi diuerso, folioque uariis figurato, quibus rebus sese inprimis distinguunt Mesembrianthema, nullum afferamus deinceps, cuius Iconem ex Botanico aliquo excitare non queamus: aut, si quod nondum depictum occurrat, operae si fuerit pretium, depingi in posterum curemus. Noli itaque mirari, quod hic offendas Mesemb-

Mesembrianthemum, cuius uel in Indice, uel in nuperis Prouentibus nouis fecimus mentionem. Factum ideo, ut omnino deinceps euitetur confusio, ac in recensendis saepius iisdem plantis, quasi diuersae essent, supina negligentia. Denique et illud monere placet, Mesembrianthemi uerbum, quod semel, expuncta Ficoidis inconueniente uoce, substituiimus, etiamnum nobis per placere, quanquam non nesciantus, AMMANNVM aliquando sic scripsisse. *Qua ratione solida Ficoides Aizoides Africana epithetum Mesembrianthemi sustinere ualeat, procuret Breynius. Profecto iuxta naturam naturalem id non procedit, quoniam plura uegetabilia ita indigitari possunt.* Sufficit enim a quibusdam ciuitate Botanica esse donatum hoc nomen, ac esse tale, cuius uitemus ope omnem cum aliis plantis non congeneribus confusionem. Significet Mesembrianthemi uocabulum quicquid uelit: nos, nihil opus esse, censemus, ut nomina, plantis imposita, naturam semper earum expriment. Valent enim et in Botanicis uerba sicut nummi, sufficitque, si talia fuerint, quae indoli plantae non aduersentur.

Semine latente intra pericarpium
membranaceum multicapsulare.

SEMPERVIVVM Africanum maius procumbens, flore aureo fulgore micante, fructu maximo eduli, folio triangulari, uiridi, crasso. Icon apud HERMANN. in Horto Med. Lugd. Bat. p. 242.

SEMPERVIVVM humile flore aureo, magno, fructu orbiculari, uariis concamerationibus diuiso, foliis crassis, succulentis, longiusculis, triangularibus, obtusis, et lucidis. Icon est apud VOLCKAMMERVM Flor. Norib. p. 165. Germ.

Unterschiedliche Arten von Ausländischen
Haus-Laub.

Cum HERMANNVS, tum VOLCKAMMERVS, quae distinguenda fuerant, confuderunt, dum duas has plantas Ficoidibus et Mesembrianthemis annumerarunt. Ipsi fatentur.

tur, earundem fructus esse multicapulares. Cur igitur Semperuius non annumerarunt, quorum character est, latens habere semen intra pericarpium membranaceum multicapulare? Dixerit aliquis, recensitas duas plantas pertinere ad Opuntiam, quia fructus sit succulentus. Scias uero, fructum earum, cum maturuerit, abire in fungosam, membranaceam substantiam: quod de Opuntia dici aequit, depressa semina in pulpa subdulci continente.

Plantae, gaudentes flore perfecto, simplici, irregulari, monopetalo,

Seminibus nudis, quaternis, laeuibus, flore barbato et galeato simul, barba simplici, galea quadripartita.

OZIMUM,

figillatim

Ozimum spicis uiridescentibus, breuioribus, fl. albidis, fol. angustiore, oblongo.

spicis uiridescentibus longioribus, fl. albis, fol. latioribus.

spicis uiridescentibus breuissimis, densius constipatis, fl. albidis, staturae humilis.

spicis uiridescentibus, fl. albidis, dictum Ozimum caryophyllum maius.

spicis uiridescentibus, fl. albidis, foliis Serpilli foliis paribus, ex oblongo, rotundis dictum Ozimum caryophyllum minimum.

spicis nigricantibus, longioribus, flore purpurascente, folio bullato, magno, nigricante,

te,

te, dictum Ozimum, Indicum sancto-Mauritanum, crispum, maximum.

Spicis nigricantibus, breuioribus, densius congestis, fl. purpurascete, foliis oblongis, mediocribus.

Spicis nigricantibus, longioribus, rarioribus, magis nudis, fl. purp. folio mediocri.

Spicis nigricantibus, breuissimis, flore purpurascete foliis, minoribus, non angustis.

Germ. Allerhand Sorten von Basilicken.

Perquam uariae sunt Ozimi species: at quantumcunque uariant, nemo tamen, quantum scio, Botanicorum sollicitus fuit de certo fundamento, cui omnis Ozimorum uarietas superstruatur, unico forsan excepto TVRNEFORTIO, qui in primis ad odorem respexit, et adeo quidem, ut putarit, etiam eas Ozimi species, quae florem, fructumque nostris in regionibus non proferant, odore quodam proprio, aromatico et suauis dignosci. Audias hinc Ozimum aliud uocari caryophyllum, aliud citratum, aliud anisatum, aliud acuto Rutae odore, aliud odore Melissae, aliud odore Stryacis Calamitae. Hoc ipsum tamen nobis displicet, quia non omnes nares unum, idemque olfaciunt: indeque de odoribus aequae male, ac de gustibus, disputatur, et iudicatur. Ad patriam quidam respicere maluerunt, Ozimumque adeo aliud Romanum, aliud Smyrnaceum, aliud Boroniense, aliud alio nomine appellarunt: uerum, ad patriam plantarum in uniuersum male respici, ostendit RIVINVS. Nosque in proximi anni Prouentibus Ozima nostra haud disposuimus rectius, quam illi. Nunc uero putamus rectius agendum esse, adeoque iudicamus primo, Ozima ad duas classes omnia referri posse, quarum altera contineat Ozima, quorum spicae nigricant ob similem calicis colorem: altera Ozima spicis uiridescentibus complectatur. Estque hoc etiam perpetuae obseruationis, quod spicae uiridescentes gerant flores candicantes; nigricantes uero spicae flores purpurascetes. Postea ad folia respiciendum, quae uel Endiuiae, uel Mercurialis, uel Amaranthi, uel Maioranae, uel Serpilli sunt: uel nigricant ex purpura, uel uirent: uel

G

lara

lata sunt, bullata, protuberantia, crispa, ferrata, fimbriata, maior, maxima; uel minora: uel oblonga; uel rotunda magis, et aliis, pro diuersa sua facie, diuersisque nominibus insignia. Iconismos potiorum Ozimi generum reperies partim in BESLERI Horto Eichstadiensi, plantarum Aestiuar. Ord. VII. fol. 9. 10. et Ord. XIV. fol. 12. partim in Opere Botanico RIVINI, Tom. I. fol. 16. 17. 18.

Flore barbato, et galeato simul, barba tripartita, galea integra.

PRVNELLA, fl. purpureo, uel coeruleo, uel albo.
Germ. Brunelle. Perenn.

Pratorum, Vittembergam circumiacentium, non horti Medici, incola est planta haec indigena: quam ideo hic commemoramus, quod illa occasionem nobis dare uideatur Tyrones Botanicos rite informandi, quando adeo inter se confusa reperiunt apud perquam multos rei herbariae scriptores Prunellam, Bugulam, Consolidam minorem, Symphytum medium, et alia, ut, quam plantam hoc, uel illo insignire nomine debeant, nesciant fere. Exemplum mirificae confusionis praebet ex multis S. R. AEXTELMEYERVS, quando p. 264. des Ebenbilds der Natur ita commentatur: Sie wird deswegen Brunella genennet/ weil ihre Blume ein experiment ist für die Bräune im Mund. Es sind aber deren sechserley. Von den fünff ersten/welche die Günsel sind/. schreibt Hieronymus Braunschweig also:

Gülden Günsel ist der Rahme mein/
Und die Blume mein giebt blauen Schein/
Brunellofa bin ich genant/
Die blaue Blum ist mir bekant.

In diesen Versen setzt er den Unterscheid zwischen den Gattungen/ dann es hat auch ein jedes Land seine eigene Braunnellen. Die Art aber/ welche wir allhie erwöhlet/ ist die mit den blauen/ braunen/ und weißen Blumen. Sie hat den Rahmen Prunella/ wie ist gesagt worden/ von dero Wirkung. Dann sie soll gut seyn für die Engzündung der Zungen/ und des Schlunds. Sie heißet auch Consolida, a consolidando, weiln sie die Wunden zusammen heffet. Die gülden Günsel wird auch Prunella getaufft/ wie man meinet/ dieweiln die Blätter

an

an der verkehrten Seite braun sind. Item Consolida, wie oben/ auch herba sacra a Cordo, wegen der sirtrefflichen Krafft/ und Tugend zu heilen/ welcher Ursache willen sie auch golden Günsel heißet / als Consolida aurea, angemerket Günsel ein corrupte Wortlein ist/ so von Consolida herkommet. Haec ille: ac facis quidem confusc. Scias itaque, uelim, me, quo omnis euitetur confusio, sentire ita, ut **Consolidae** notionem uni tantum plantae tribuendam putem, ideo praesertim, quod nullae plantarum, quae Consolidae nomen geruat, inter se uel qua florem, uel qua fructum, conueniant. Videlicet monopetalon illum regularem florem, semina nuda quaterna gerentem, quem alioquin et communiter *Consolidam maiorem* uocare consueuerunt, Germ. **Wallwurz / Schmeerwurz / Schwarzwurz / Beiwelle / Consolidum** dicas uel *εξοχόν*, aut, si graecum magis arrideat uocabulum, **Symphytum**. Ac meretur sane planta haec, et in primis radix eiusdem, hoc nomen unice, ac prae aliis plantis, quod nihil consolidet certius, nihil consolidet firmius Consolida, teste experientia quotidiana. Faciunt fidem dictis lepidae historiae, quas **HOECHSTETTERVS**, Rar. Obs. Med. Dec. III. C. V commemorat. Altera haec est. Cuiusdam mercatoris filii per noctem radicem Symphyti maioris infundebant in uino Maluatico, ac mane, exempta radice, rustico offerebant, qui, sumpto poculo, hausit id affatim. At, cum paulo post sibi praecledi fauces, sentiret, ac maxima difficultate deglutiret, heriles filios de ueneno exhibito accusauit, cui cum suafu nou neminis, acetum in potu darent, rusticus a strangulatu, heriles filii a metu iurgii paterni, liberabantur. Altera ita habet. Ancilla quaedam sponsa, procul dubio, ut sponso uirgo, quae non erat, appareret, balneo, in quo radices Consolidae decoctae erant, utebatur: in quod cum hera inscia descendisset, ei ita officium pudendi coarctatum fuit, ut, maritus uxorem claustrum uirginale recepisse, miraretur. *Ουδὲν ὄφρα* sunt, posteriori ea, quae historiae **CASTORE DVRANTE**, auctore, et auctore **ANONYMO** Auctarii Dodonaei, circumferuntur. Hi memorant aliquot desloratae pudicitiae puellas, ubi lugum passae fuissent, sciuisse decocto Alchimillae, quod infusus forma solerter usurparint, sibi conciliare dolosam *σενοχωρίαν*, ac, obsignata quasi natura, mentiri illibatam castimoniam, et florem uirginitatis: aqua etiam Alchimillae destillata eandem

flaccidas mammam imbuiffe, ut iis pristinum uirginale decus iterum restituerent, ac turgidulas, talesue hac arte redderent,
Quales cruda uiro puella seruat.

Sed haec recensere forsan huius loci non est. Si qui plura cupiunt, euoluant FRANC. RANCHINI Tractatum de morbis uirginum, ubi ex instituto de corrupta uirginitatis reparatione agitur. Ac scire expedit, celeberrimum SPIGELIVM, L. I. corp. hum. fabricae, C. 10. obseruasse, nonnullas mulieres hanc uoluptatem tristi amaritudine, morte scilicet ipsa superueniente, condidisse. Merito hinc ita in eas inuehitur SIM. PAVLI: DI, Deaeque omnes male perdiunt, et post dein, Venerem ipsam cum Iunone, Lucina, et Proserpa, alias ante-uorta Dea dicta, omnes, omnes semper iratas habeant scrofae illae pelulcae, frontem et dorsum ustrilandaes, quae tam uafre ac nefarie radice Consolidae seu Symphyti maioris abutuntur, quo iam pridem iugum passae, aut defloratae, subdole Sponsis imponunt. Sed sanctitatem nostram Germanicam infecisse mores aduenarum, iam dudum celebratissimus Heinsius in sua Cras Credo, Hodie Nihil, conquestus est. At quorsum ego delabor? Monet me ipsa, cuius occasione haec scribo, Consolida, ut ad se ipsam reuertar, et ostendam porro, quam male abusi sint eius nomine Botanici, quando aliis plantis, quae nec flore, et femine, ipsi, nec uiribus similes, idem tribuerunt. Nunquam igitur uel Bugulam, Germ. Guldent; Günsel uocabis Consolidam mediam, uel Prunellam, Germ. Brunellen/ nominabis Consolidam minorem. Differt enim utraque a Consolida: immo et inter se ipsas differunt. Vnde nec illi recte agunt, qui Bugulam Prunellam coeruleam appellare consueuerunt. Gaudet siquidem et Prunella, et Bugula, flore monopetalo non regulari, ut Consolida; sed irregulari: estque Prunellae flos barba tripartita ornatus, galea integra tectus; Bugulae uero barba quadripartita, galea diuisa. Nam contra autopsiam loquitur RALVS, quando Bugulae labium inferius tripartitum tantum pronunciat, errat, quando in historia plantarum galeam Bugulae denegat: quamquam, quod ad ultimum spectat errorem, mutasse uideatur sententiam, quando, p. 65. Methodi plantarum, emendat ac, et auctae, sic scribit: D. Rininus, galeam Bugulae tribuit; sed nix perceptibilem, nisi curiose spectetur. Consolidam, et Solidaginem minimam, appellari Bellidem hortensem fl. ple-

no, Germ. Tausendschöngen/ non infrequens est, licet inconueniens, quoniam Bellis florem habet non simplicem, regularem, monopetalon; uerum compositum ex regularibus in medio, et irregularibus in ambitu. *Consolida aurea*, quam et *Sarracenicam* uocant *Consolidam*, uel *Solidaginem*, Germ. *Gulden/ oder Heidnisch Wundkraut*/ rectius appellatur **Virga Aurea**. Habet enim nihil notarum characterificarum cum *Consolida commune*, cum flos eius sit compositus ex regularibus in medio, et irregularibus in ambitu, seminaque plurima papposa proferat. Tandem nec *Regalis*, quae dicitur, *Consolida*, Germ. *Rittersporn*/ recte sic dicitur: rectius **Delphinium**, aut **Calcatrippa**, cuius flores sunt simplices, irregulares, pentapetali, seminaque longiora latent in conceptaculo tricapsulari. Adde ad ultimum *Consolidam rubram*, ac moneo, nolint **Tormentillam**, Germ. *Tormentille*/ eo appellare nomine Botanices Tyrone, quoniam *Tormentilla*, ob florem simplicem, regularem, tetrapetalon, seminaque nuda plurima, *Consolida* dici nequit. Atque ita intelliget quiuis, eos, qui diuersas adeo plantas uno, eodemque *Consolidae* nomine insignire ausi sunt; nulla, nisi ea excusari posse ratione, quod ad uires magis, quibus conueniunt, uulnerarias, puta, quam characterem plantarum, respexerint. Botanophili uero hoc minus inuitem censuerunt hanc nostram, distinguendis ab inuicem diuersis plantis dicaram, operam, quo magis nunc, faciliusque plantarum quarundam, in officinis quotidie usitatarum, foedam confusionem euitabunt.

Barba tripartita, galea diuisa.

STOECHAS folio serrato, et reflexo. Germ. *Stoechas-*
Kraut mit zerkerbten Blättern. Perenn.

Quae *Stoechadi* congeneres sunt plantae, hoc est, galeam diuisam, barbamque tripartitam habent, uti *Mastichina*, *Thymus*, *Serpillum*, *Clinopodium*, *Mentha*, *Menthastrum*, *Nepetha*, *Verbena*, *Maiorana*, *Origanum*, *Dictamnus*, omnes ita signatae sunt, ut facie tota ab inuicem, aequae ac ab ipsa *Stoechade*, multum differant, sola forsan excepta *Spica*, quacum nonnulli aliquam metuunt confusionem. Hinc ei rei quae fuerunt **remedium**, idemque se inuenisse, gloriantur, in aliquot foliolis,

nisi gratis, spicarum super cacumina eminentibus, quae OLIVSIVS ligulas uocauit membranaceas. At pro uera nota discretiua, ligulas has affumere non possumus, quia dantur Stoechadis species, quae iis carent. Exemplo esto Stoechas ferratifolia, a Magnifico RIVINO, Tom. I. *Operis Botanici*, fol. 55. elegantissime depicta, quae ligulas non habet, perinde ut nostra. Erunt igitur certiora quaerenda signa, seu, criteria: eademque reperies partim in pilosis squamulis, floribus interiectis, quales in Lauendula nullibi apparent: partim in florum exiguitate, qui uelut in quinque partes, proxime aequales, dissecti apparent, quo nomine Stoechas manifeste a Lauendula recedit: partim in spica, quae Stoechadi habitior est, quam Lauendulae. Admodum porro, quod spectae sigillatim ad Stoechadem, quam hic sistimus, conuenit ea inmo per omnia, cum ea, quam ex RIVINI Opere, excitauimus, nisi quod nostrae sint folia profundius ferrata, eademque magis crispa, seu reflexa. Est ergo forsitan Stoechas ferrata, et crispo folio, I. B. cuius RAIUS mentionem facit T. I. *Hist. plant.* p. 514. quamque Clusius rarum uult esse Stoechadis genus: At sunt huic ligulae, quibus nostram carere, diximus. Erit igitur fortassis Chamaestoechas Hispanica, quam BOCCON, *Mus. pl. rar.* p. 35. 63. Tab. 27. et 53. describit, et depingit. Nam est fruticosa planra: est pedalis altitudinis: estque ligulis in summa spica destituta: at folia inuicem non conueniunt. Quicquid horum fuerit, erit nostra omnino Stoechadis quaedam species, si modo a uulgaribus recesseris opinione, et ligulas in summitate spicae non pro nero, unicoque Stoechadum caractere habueris. Ceterum Stoechas ab insulis Stoechadibus, ubi copiose nascitur, nomen accepit. Has, e regione Massiliae sitas, scribunt DIO-SCORIDES, lib. III. c. 32. et PLINIVS, lib. 28. c. 12. Verum non ex aduerso Massiliae, a qua bidui itinere, absunt, sed e regione Olbiae sunt sitae Stoechades, insulae istae, quae hodie uocantur les Isles d' Ieres.

Plan-

Plantae, gaudentes flore per-
fecto, simplici, irregulari,
tetrapetalo,
siliculae rugosae incluso semine reni-
formi.

MELILOTVS fl. luteo minimo, spicis densius dispo-
sitis, Germ. Meloten mit gelber Blume.
Ann.

Siliculae huius Meliloti saepe unicum tantum, nonnunquam bina semina continent, cum in Meliloti fl. coeruleo folliculis semper bina, nonnunquam tria, immo plura semina reperiantur. Haec cum meditarer, ac, numeri contentorum seminum diuersitatem tanti non esse habendam, iudicarem, ut ideo Meliloti a se inuicem discernantur, in aculeum incidi, in summitate siliculae reperiendum, miratusque sum RIVINVM, curiosissimum alioquin in indagandis subtilissimis florum, seminumque, et capsularum seminalium, minutiis Botanicum, ad hunc, aculeum non respexisse, qui tamen non contemnendam dare potuisset notam Melilotos a congeneribus plantis, Trifoliis praefertim, distinguendi. Sed mirari desii, quando uidi, in nostri Meliloti siliculis aculeum hunc esse subtilissimum, eundemque in omnibus Meliloti speciebus, ubi exaruerit silicula, fere euanescere. Quae forte etiam causa fuit, cur, expressum licet tabula CCXXIX. silicularum aculeum silentio inuoluerit in descriptione TVRNEFORTIVS. Icon totius plantae nullibi rectius depicta, quam apud RIVINVM, Tomo II. *op. Botanici*, Tab. VI.VII. IIX. IX.

Siliquae mediocri incluso semine
reniformi.

NATRIX fl. luteo. Germ. Hauhechel ohne Stacheln.

Refertur a plerisque ad Anonides, ab iisdemque appellatur Anonis non spinosa lutea maior haec nostra planta. At aliter

ter me sentire docuit illustris RIVINVS, quando monuit, considerandas esse aliquanto accuratius siliquas utriusque plantae: et tunc quemlibet concessurum esse facile, quod nostra planta reuera diuersum ab Anonide plantae genus constituat, et ad Natricem uulgo dictam Plinii referenda ueniat. Atque sic plane res est. Nam Anonidis siliquae sunt ualde breues, arrectae, quasique turgidae: Natricis uero longiores, pendulae, ac magis compressae, seu strictiores, extremitateque sua capreolo quasi quodam ornatae. Huius Iconem habet RIVINVS, Tom. II. Operis Botan. fol. 69. quam confer cum Anonidis Icone, quae fol. 68. est, et uidebis, quantum utraque differat. Ceterum curiosa est SIGESBECKII de fatione Anonidis non spinosae luteae obseruatio, quae sic habet. *Semina huius plantae sub uere praeteriti anni terrae commisi: sed nulla prodiit planta, quamuis mea manu in horto Saltzaalensi satis maturum semen collegerim. Vnde, obseruari hic debere, puto, quod Camerarius, in Horto Med. p. 118. de Parietaria syluestri scribit: semen mature colligendum, antequam exiliat e uasculis, et statim reddendum telluri, ut sponte excidat. Nudum enim si contretur, foecunditatem deperdere existimatur. Hoc effatum et ego in semine Anthorae, Papaueris spinosi, Balsaminae luteae seu Noli me tangere obseruavi uerum, quae pariter electa et matura sata sunt, successu irrita.*

Siliquae cornutae, angustiori incluso semine quadrato.

SECURIDACA fl. luteo, Germ. Hellsparthen = Kraut.
Ann.

Nullius plantae capsula, CLVSII iudicio, aptius securim ueterum refert, quam huius. Vnde recte Securidaca uocatur, cum praefertim iam olim Graecis dicta fuerit *πελεκίνος*. A GERHARDO, CAMERARIO, et TABERNAEMONTANO, Hedydari dicitur species: sed inconuenienter. Hedyсарum enim articulata siliquam habet, reniformia ferentem semina, non quadrata. Alii aliorum referunt Securidacam: quam bene, uel male, doceat RIVINVS, *Securidaca*, inquit, olim *Pelecinos* dicta, quod securim bipennem imitetur siliqua, sibi similem herbam non habet, seu semen iam dictum, seu siliquam ipsam aduer-

RAS.

tas. Est enim haec ipsa quasi complanata, et aliquantum incuruata per modum falcis maioris foenariae: intus concluduntur semina rufa, quadrangula, ita tamen, ut singula peculiaribus distinguantur cellulis, copnidente inter grana interiore tunica. Vnde facile apparet, quam incongrue dicatur Securidaca, saltem propter siliquam incuruatam, Astragalus Monsbeliensis, ut alia non attingam. IDEM Tom. II. Op. Bot. fol. 83. plantam exactissime delineari curauit.

Conceptaculo tripartito, Vesicae simili, incluso semine rotundo, nigro, cordis figura signato,

VESICARIA folio, et fructu maiore.

VESICARIA folio, et fructu minore. Germ. *Gros*
und kleiner Herb. Saamen. Ann.

Diu dubitavi, ancepsque haesi, an cum TVRNEFORTIO Cor Indum dicerem hoc uegetabile, an uero cum RIVINO Vesicariam? Tandem hunc sum securus, quod putarim, Cor Indum non de humano solum corde, sed et de lapidibus, si qui forsitan cordiformes in India darentur, intelligi posse, et ipsi etiam Anacardio, uel et Hermodytylo rectius hoc nomen competere, quippe quae non tam maculam cordiformem fructu globoso gerant, quam totum fructum, quantus quantus ille est, cordiformem habeant. At, dicas, quo iure haec planta dici poterit *κοιλ' ἐξοχῆν* Vesicaria, cum infinitae fere plantae semen uesiculis gerant inclusum? Ad quod respondeo, capsulam uesiculerem nullam tam curiose signatum condere semen, quam quidem hanc. Accedit et hoc, quod iam olim a praestantissimis Botanicis ciuitate fuerit donatum hoc Vesicariae nomen, TRAGO, puta, DODONAEQ, MATTHIOLO atque CASTORE. Ac, quod ad TRAGVM attinet, is Vesicariam nigram dixit, quando ita de ea commentatur: *Wer will uns hie entscheiden? gegenwärtiges Gewächs ist nicht alleit fremd/ sondern will auch in Deutschen Landen/ wenn kalte wasse Sommer kommen nicht gerathen/ noch Frucht bringen. Der Stengel/ mit seinen neben Zincken/ und ganz grünen zerschnittenen Blättern/ wird Ellen hoch/ die Blätter sind formiret/*

H

wie

wie das Laub an den Linnen / doch grüner und zarter: dies
 Gewächs hefft sich allenthalben an / mit seinen dünnen Fadens
 schnürlein / gleichwie die Bryonia, blühet weißbleich / und seind
 die Blümlein ganz klein und rund / aus denselben werdet
 Säcklein oder Blasen / darinn sind man den schwarzen / runden
 Saamen / nicht größer dann Erweissen / und ist eine jede Erweiss
 anzusehen / gleich als ein weißes Hertlein in einer scharffen
 Feldung / oder als ein glatter weißer Mönchs / Kopff in der
 schwarzen Kappen verborgen / und kan gedachte Frucht und
 Kraut kein Winter leiden / gehöret in die heisse Länder. Wir
 wissen auf diesmahl dies Gewächs nicht anders zu nennen /
 dann Mönchs / Köpfflein / Caluaria monachi, Vescicaria nigra,
 schwarze Schlutten / etliche nennen es auch Fraducci. An-
 dere Nahmen und Erfahrung seind mir verborgen. Nos cum
 eodem latine quidem Vescicariam appellandam censemus, non
 uero Germanice Mönchs / Köpfflein / oder welsche Schlutten.
 Nam quid Schlutten sibi uelint nescimus; uti contra nouimus,
 non tam monachi caput, quam corculum quoddam macu-
 lam illam albicantem exprimere; unde potius Hertz / Saamen
 nuncupauimus, weil sich / ut scribit TABERNAEMONTA-
 NVS, der Saamen eines Menschens Hertz vergleichet. Mere-
 returque hoc nomen tanto magis semen, si iis fides haberi
 posset, quae de cordiali ejusdem uirtute sequentibus uerbis
 tradit MATTHIOLVS. *Est et aliud Vescicariae genus, quod
 hac tempestate scenas, attegias, pergulas et fenestras inumbrat, et
 topiario opere contextit et opacat. Constat haec foliis oblongis,
 perambitum laciniatis; floribus ex candido lutescentibus, aut simpli-
 citer candidis, e quibus uescicae prodeunt uirides, subrotundae, semis
 secundum longitudinem diuisuris, semine intus pullo, Erui magnitu-
 dine, aut paulo maiore. In eius latere ueluti humani cordis effigies
 uisitur, obsignata alba colore, nec sine causa id a natura factum
 eredimus. Fortasse huiusce nota nos doceat, ad cordis affectus hoc
 semen praestare, quemadmodum et in Echis herba, contra uiperarum
 morsus celeberrima, semen uiperinis capitibus simile procreauit. De
 cordiali hac uirtute quid dicamus, habemus nihil. Habe-
 mus autem alia, quae moneamus, inconcinne scilicet Pisum
 cordatum a quibusdam uocari, quoniam non siliquae, sed ue-
 siculae inclusum est semen pisiforme: adhuc inconcinnius Ha-
 licacabum, uel Solanum peregrinum, quoniam nec semen in
 baccac pulpa latet, nec flos est regularis monopetalos. Equi-
 dem*

dem pene regularia sunt, sed non plene quatuor floris petala, quae omnino irregularia apparebunt accuratius intuenti in florem plane mirabilem, quasque bis tetrapetalon, in centro scilicet quatuor petalorum irregularium binis luteis, binisque lacteis peralis abundantem, hinc forsan et Gallis Pois de Merucille dictum. Absit enim ut cum MORISONIO statuamus, flores Vesicariae virides esse, aut herbaceos; decepto procul dubio a periantheo, in quatuor laciniis diuiso. Ac sane nescio, qui factum, quod MORISONIVS circa hanc plantam adeo fuerit hallucinatus, quippe cui non satis fuerat florem cum periantheo confundere, sed et triplex in singulos loculos vesicalis capsulae inflatae locare semen: cum tamen et RIVINVS, et RAIVS, et TVRNEFORTIVS, et ipsa denique euincat autopsia, esse quidem vesiculari fructus conceptaculum tripartitum, at loculamentum quodlibet non triplex, sed unicum tantum, nigrum, rotundum, alba signatum macula, cordis formam referente, semen includere. Ceterum quod iam olim conquestus est TRAGVS, id et nouissime conqueratur RAIVS, Vesicariam puta, non modo serius florere, sed et raro semen perficere. Vnde hoc magis nobis gratulari possumus, qui largum, utriusque Vesicariae seminum, prouentum his ipsis Prouentibus amatoribus rariorum plantarum possumus significare. Et uero quo difficilius semen acquirimus maturum, hoc attentius ad ea attendamus, quae de cultura Vesicariae affert STISSERVS. Der Saamen mus im Monath April bey wachsenden Lichte in eine gute lockere Erde gesteckt werden. Wenn er auffgangen/ muß man die Pflanzlein mit Gläsern bedencken/ weil sie vom Reiff und Frost/ auch überflüssigen Regen leicht verderben: nachdem sie einer Spannen lang aufgewachsen/ wird ein Gerüste von Stäben dabey gemacht/ an welchen es sich anhänget. Liebet einen warmen Ort/ so den Tag über der Sonnen genießen kan/ auch für kalten Winden sicher/ mäßige Feuchtigkeit/ giebet aber nur bey gutem wärmen Sommern reiffen Saamen/ und vergehet den Winter. Iconem quod spectat totius plantae, eam nullibi reperies accuratius delineatam quam apud RIVINVM Tom. II. Op. Bot. an. fol. 119. Cui iungas uelim TVRNEFORTIVM, Tab. Tab. CCXLVI. *Institutionum rei herbariae*, et florem, et fructum, et fructus conceptaculum perquam sollicitè exprimentem.

Plantae, gaudentes flore perfecto, simplici, irregulari, pentapetalo,

Seminibus nudis binis, longis, tumidioribus, simpliciter, leuiusque striatis.

OENANTHE. Germ. *Moss; Blust; Wein; Blume;* aliis *Wilde Garbe.* Perenn.

Oenanthen a Filipendula distinguere non norunt TRAGVS, et TABERNÆMONTANVS. Decepit hos radix, quae utrique glandulosa quasi est, in portiones scilicet, seu bulbulos oliuares, longis filis pendulos, diuisa. Separat utramque primo flos, qui Filipendulae est regularis, hexapetalos; Oenanthae irregularis, pentapetalos: deinde semina, quae Filipendulae nuda tantum sunt; Oenanthae talia, qualia inscriptio Oenanthes esse docet, eademque plane peculiaris, dum in feminum summitate aculei eminent fat longi, bini uidelicet cuius pari seminum destinati, quibus Oenanthe et a Silere, et a Phellandrio facillime discernatur. Sunt et lata semina, atque periantheo superstiti, quasi coronata; quod ipsum notae instar cuiusdam esse potest, cuius ope cum Cerefolio, Myrrhida et eiusmodi plantis, acuta semina habentibus, non facile confundatur nostra. Ceterum Oenanthe dicitur, uel quod floret simul cum uite, uel, id quod credibile magis, quod flos colore et odore Vitis flori sit aliquantum similis, talemue spiret odorem, qualis in Vite pubescente sentitur. Iconem plantae habent MATTHIOLVS fol. 867. *Comment. iii Dioscorid.* et RIVINVS, T. III. *Oper. Bot. fol. 66.*

Seminibus nudis quinis.

GERANIVM frutescens folio crasso, et glauco, Acetosae sapore. Germ. *Africanischer Storchschnabel mit safftigen/ säuerlichen Blättern.* Perenn.

Ranu-

Ramulorum summitates aestatis medio terminantur in flores irregulares, umbelliferarum more locatos, qui ex albo rubent, quorumque petala quinque angusta, et oblonga sunt; ac superiora quidem duo eleuata duabus lineis sanguineis circa basin notantur, tria reliqua immaculata dependent. Florem marcidum fructus, ut in aliis Geranii speciebus, sequitur pentacoccus, et mucronatus. Radix huius plantae longa, fibrosa, et lutea, calami scriptorii crassitiem habet, et ex hac radice caulis erigitur rotundus, qui iunior, uiridis est, tandem fuscus euadit, statimque in ramulos diuiscatur rotundos et uirides, quibus folia, pediculo suffulta unciali, adsunt crassa, subrotunda, glauca, et in ambitu crenata, Acetosae sapore praedita. Circa foliorum pediculi initium duo apparent plerumque foliola, eiusdem formae et texturae. Auulsis ramulis, et satis seminibus facile propagatur hoc Geranium, cuius Iconem uide apud **COMMELIN.** *Praelud. Botan.* p. 54.

GERANIVM foliis inferioribus Asari, superioribus Staphydis agriac, Germ. Africanischer Storchschnabel mit zweyerley Blat. Perenn.

Qui huius nobis misit Geranii semina, inscripsit theculae: Geranium folio Hepaticae. Gaudet autem planta reuera duplici folio. Nam caulis rotundi, fusci, et ubi uix unciam altus est, in tres, quatuorue ramulos rotundos farmentosos diuisit, ramulis uiridibus primum, dein rubentibus, tandemque fuscis, longo interuallo in pediculis rotundis, tres quatuorue uncias longis, folia adhaerent umbilicata, crassa, et succulenta, quae cum splendore, media sui parte, nonnihil maculantur; eorundemque quaedam, inferiora nimirum, rotunda sunt instar foliorum Asari, caetera, superiora uidelicet, in lacinas diuiduntur, Staphydis agriac foliis aemula. Acetosae sapore praedita ad unum sunt omnia. Ramulorum summitates in pediculo, sex uncis nonnunquam longiore, flores umbellatim positos sustinent in calice amplos, pentapetales, ex incarnato rubentes, quorum duo superiora lata instar galeae eriguntur, ac superius nonnihil excauata, cordis quasi figuram repraesentant, striisque sanguineis insigniuntur; tria reliqua labii instar dependent. Floribus euani-

dis fructus apparet, more congenerium, mucronatus, pentagoccus. Radices huic plantae sunt albicantes, et fibrosae: perficitque eadem flores et semina sua omni anni tempore. Et haec quidem illa sunt Gerania, quae superiore horum nostrum ditiores reddiderunt anno. Quae ex iis supersunt, quorum in *Indice horti Medici Acad. Viteberg.* et in *Proventibus nouis Anni cD Io cc xi.* fecimus mentionem Gerania, ea enumeremus denuo, ac ideo in primis, ut ea accuratius, quam factum a nobis est, describantur, [et lectori libri suppeditentur, in quibus ad uiuum expressas uideat eorundem Icones. Sunt autem sequentia.

I. Geranium frutescens, Maluae laciniato, odoratoque folio. Fundit hoc radicem crassam, candidantem, fibrosam, cauliculos cubitales, geniculatos, nodosos, resupinos habentem. Folia, digitalibus periolis Maluae parua, sunt subrotunda, angulosa, crenata, undulata, nonnunquam laciniata, odorisgrati, et aromatici: flores purpurascens sex, septemue, plures, uel pauciores, quasi in capitulo, seu umbella, simul iuncti sunt, cui subiiciuntur quinque in orbem radiata, hirsuta, subrotunda foliola, ambitu rubente, et in exiguum molleculum mucronem abeunte: sequuntur semina tandem tenuiora. Tota planta pilosa, hirsutaque facie est. Icon est apud RIVINVM T. III. *Oper. Bot.* fol. 99. et apud HERMANNVM *Hort. Acad. Lugd. Bat.* p. 278.

II. Geranium Africanum folio Coriandri. Data opera hoc Geranium uoco Africanum, ne confundatur cum Geranio Apulo, quod etiam foliis gaudet Coriandri, sed odoratis. Nostri folia prima seminalia sunt subrotunda, breuia, modice laciniata; quae uero in progressu elongantur, et frequentioribus segmentis dissecantur. Flores sunt incarnati coloris, atque maiores. HERMANNVS in *Horto Med. Lugd. Bat.* putat idem esse cum Geranio Aethiopico, tertio, Myrrhidis folio, flore magno striato, de quo BREYNIUS *Cent. I.* 129. At is sibi met ipsi non constat quando in *Paradiso Batauo* dicit Geranium Aethiopicum Myrrhidis folio tertium, esse idem cum Geranio Africano tuberoso, Anemones folio: cum tamen Geranium folio Anemones, cuius Icon est apud RIVINVM T. III. *fol.* 102, multum differat a Gerania

Geranio folio Coriandri, de quo nos loquimur, et cuius Icon ibidem f. 108. reperiendus cum altero f. 102. potest conferri.

III. Geranium Africanum triste. Vocatur et Geranium triste Cornuti, item Geranium Indicum, noctu o-lens. Radicem habet ex multis cohaerentibus fibris, quae in nodulos extuberant, Liliasphodeli puniceo modo. Statim e terra surculosum in altitudinem palmarem exit. Caulis teres est, tener, inualidusque, hirsutus, nec sine nodis, sed per trium digitorum intervalla articulatus. Folia in uniuersum quatuor, aut quinque e geniculis prodeunt, initio humi iacencia, subhirsuta, pluribus segmentis diuisa, forma Filipendulae, breuiora tamen, pinguiora, molliora, et ampliora multo: horum medius neruus, quem uocant costam, purpurascit, cetera atrouirescunt. Caulium fastigio insidet densa umbellata coma. Flores nihil a ceteris sui generis differunt forma; quinque enim foliolis constant, totidemque staminibus, et pistillo, ut Geranium Robertianum; color tamen buxeus est, singulaque foliola gemina, uelut acini macula purpurascens insicit, staminibus, et pistillo, succedanei rostri rudimento, concoloribus. Cum desloruit, longior, et acutior stylus prodit rostro gruis aemulus, in cuius basi quinque sunt exiguae et subrotundae seminum theculae. Alueolis, maturitate dehiscens, semina rufa, oblongaque exeunt. Suauissimus cetroquin est noctu florum odor; interdum nullus. Icon est apud RIVINVM Tom. III. f. 105. *Operis Botanici.*

IV. Geranium Robertianum. Indigenum hoc est, obuium ubique in ruderibus ueteribus, muris, caesis arboribus, aggeribus sepium. Radice tenui gaudet, coloris buxei, quae caulos surrigit dodrantes, et cubitales, hirsutos geniculatos, rubentes, maxime circa articulos, et propter terram, ramosos. Folia partim e radice, partim ex geniculis exeuntia sunt hirsuta, pediculo rubente, hirsuto, Matricariae fere diuisura, segmentis primariis duntaxat tribus, odore ubi teruntur, Pastinacae, sapore adstringente, per oras aliquantum rubentia, interdum tota. Flores purpurei, diluore purpura striati, pentapetali, e calyce hirsuto, atrorubente, quinquepartito exeunt, apicibus in medio croceis: succedunt



dunt rostra mucronata, semen appensum habentia. Creditur nonnulli Robertianum a rubore caulium, et florum dici, quasi Rubertianum; sed ii euoluant, uelim, IO. BAVHNI Libellum *de plantis, a diuis, sanctisque nomen habentibus*, et intelligent, a sancto Ruperto nomen nactum esse hoc Geranium, unde et Germanis *S. Ruprechts Kraut* dicitur: quibus et ob insignem uulnerariam uirtutem *Blut Kraut* appellari consuevit. Icon est apud RIVINVM l. c. f. 114.

V. Geranium Moschatum, odoratum. Est et hoc indigenum. Miraberis forsitan, me uocare Moschatum, odoratum: sed mirari desines, ubi intellexeris, recensere quoque Botanicos Geranium Moschatum, inodorum, quod uidesis in *horto Eichstadiensi* BESLERI *Plant. vernal. Ord. 1. fol. 8. fig. 1.* Nos de eo loquimur, quod etiam acus Moschata, odore iucundo, uocari consuevit, Germ. *Bissen Storchschnabel Kraut*, et radice gaudet tenella, caule breui, eoque rotundo, flore coloris dilute incarnati, quodque in fastigio summo post flores porrigit caliculos exiguos, cum suis stylis exilibus erectis. Icon est apud BESLERVM *l. c. fol. 10. fig. 1.* RIVINVM *Tom. III. fol. 112.*

VI. Geranium acu longissima. Vocatur Creticum a loco natali: quanquam et in Sicilia prope Messinam sponte prouenire uiderit RAIVS. Vocatur et latifolium, forsitan, quia late terram obumbrat ramulorum, hirsutorum, nodosorum, longorum, teneriorum congerie, foliis praeditorum longis, hirsutis, nonnihil rubentibus, sinuosis et serratis, saporis acidi et adstringentis. Flores sunt coerulei, amoeni, cum stylo in medio purpureo, quos circumstant calycis dehiscens folia quina, e striatis filis, media membrana alba pellucida, commissis compositae. Acus plus quam palmari gaudet longitudine, et ad basin est crassiuscula. Semina maiora, quam aliis Geraniis, acuta, et pungentia. Planta est annua. Icon est apud RIVINVM *Tom. III. Op. Botan. fol. 113.*

Plan-

Plantae, gaudentes flore perfecto, composito ex regularibus flosculis tantum, eiusdem generis, monopetalis,

Semine nudo, plurimo, papposo.

SOLSTITIALIS. Germ. Sonderlicher Stern-Distel. Ann.

Leucacantham ueterum esse putat DOMINIC. CHABRAEVS. Plerique Carduum uocant, uel spinam solstitialem. Diu Botanicorum frustra consului libros, cur solstitialis cognomen datum huic Carduo, donec in LOBELII incidi *Aduersaria*, ex quibus intellexi, solstitialem dictam spinam ob spinas, solstitio exacto, in primis infestas. Merentur uerba, quae huc opponantur, quia integram plantae egregie tradunt historiam. *Stellato*, dicit, *Carduo similis est, ne minus nobilis Spina, seu Stella solstitialis. In Galloprovincia tanta feracitate luxuriat, ut segetum incremento non parum officiat, et messorum manus peduque saepissime cruore, et uulnusculis afficiat; radice parua: folia incana, lanuginosa, caules multiplices secundum longitudinem ambientia, pinnatim utrinque surrecta graminis magnitudine, quasi pennae, suae arundini affixae, aut innatae, et quaedam striarum tentamenta: murices tribuli terrestris maiores sunt, Cardui Stellati similiores, fului, lucidi, rigidi, pungendo ualde quam infesti, praesertim solstitio exacto, quum maxime exaruerunt, tunc enim sepes harum aggeribus soliti sunt armare coloni. Flores Cardui stellati, sed filamentis luteis: semine Cnici paruo, paleo colore. Balneis admiscuntur ad tineas et lichenas: stillatitiam dicunt tuberosas laryngis glandulas et scrophulas sine dolore dissipare. Empirici etiam eiusdem stellis crua praetumida frequenti ictu aperiunt, et sanguinem uulnusculis eliciunt, uti iam Agrifoli ramis soliti sunt, ipsi meriti, ut non crura, sed terga flagris lacera gestent. Cur nec Cardui, nec Calcitrapae, seu Cardui stellati annumerauerim speciebus, mouit me partim splendidum Solstitialis nomen, in omnium frequens ore, partim, quod ad Cyanum accedere uideantur folia, adeoque Cardui non sint, partim ob alias causas, quas aperi-*

I

riam,

riam, cum aliquando in lites Raianas et Turnefortianas circa ueras Carduorum, Cirsiorum, Iaccarum, et congenerum notas accuratius inquirere instituum.

ATRACTYLIS flore luteo. Germ. *Spillen-Wistel-oder Wocken-Distel*. Ann.

Atractylis scribendum, non Attractilis, uti quibusdam placet. Neque enim ab attrahendo ita dicitur planta sed *ἀτράκτυλος ἀτράκτυλος*, a fuso, seu colo, idque ob rationes mox afferendas in medium. Cnici uolunt esse speciem TURNEFORTIUS, HERMANNUS, BOERHAVENIUS, atque VOLCKAMERUS: uellentis et nos, nisi quaedam reperissemus in planta nostra, eademque plane singularia, ob quae a Cnico distingui, impositumque ab aliis Atractylis nomen seruari debeat. Sunt autem ea fere haec. Folia prima carnosae, humi haerentia, ac plerumque, antequam caulibus erumpat, emarefcentia, uident quidem more aliorum Carduorum; sed alba insuper obfusa sunt lanugine. Est et caulibus in summo alis diuisus paucis, lanuginosis, minoribus foliis, ornatis hirsutior, quando ab eo araneosa uelut, ac longa lanugo dependet: est idem tactu gummosus, odoratus, graui, et aromatico odore, thius quodammodo imitante, sed grauiore, nec tamen ingrato. Ab ima florum regularium, monopetalorum in quinque laciniis diuisorum, parte, ut et summis uirgis, seu ramis plantae, oblonga itidem dependet lanugo, ut ex colu solet, ad fila ducendum aptata, ob cuius similitudinem Atractylis haec planta dicta est. Semina sunt Cnico minora, dicunturque papposa, non quod pappum hirsutum, et plumosum habeant, sed radiatum instar stellae, radiis latis in acumen desinentibus. Caulis etiam cum flores incipit, iam denudari incipiens, pauca tantum circa capitula folia relinquit, eaque maxime pungentia; durus is ceteroquin, atque cacumine hirsutus, ut colu imaginem praeferat, ac aemuletur, dependente, staminis ad instar, candicante illa oblonga lanugine. Illud quoque notatu dignum, quod plantae huius radix, folia, atque, capitula uirescentia auulsa, aut recisa, ab exortu initio, seu germinatione prima, ad florum usque productionem sanguineum semper emittant succum, sed

sed in uenulis tantum seruatum: nam in carne aqueum, uel uirentem habent. Habes, beneuole Lector, causas, ob quas *Attractylem* Cnicis ego non annumerem, nec *Attractylis* uocabulum ex *Catalogis plantarum* uelim expunctum. Iconem habebis apud *MATTHIOLVM Coment. in Dioscor. p. 811.*

IACEA altissima, flore albo, foliis Cichoraceis.
Germ. Weiße Flocken-Blume mit Hindläufft-
Blättern. Perenn.

Semina accepimus, *Stoebes maioris* nomine insignita. Po-
Aequam uero florem examinauimus, uidimus illum non esse
compositum ex regulari polyperalo in ambitu, et regularibus
in medio, qualis *Stoebes* esse solet; sed ex regularibus tantum
eiusdem generis: quorum calix, cum esset squamatus, *Iaceis*
plantam annumerauimus. Equidem si *TYRNEFORTIUM*
sequi uoluissimus *Iacea* nominari non debuisset haec planta,
quia squamulae calicis in summitate sunt subtilissime acu-
leatae; iuxta *TYRNEFORTIUM* uero squamatus *Iacearum*
calix aculeatus esse non debet: hic enim *Vir Iaceas* a
Carduis, qui capita spinosa habeant, per caput non spinosum
distinguit. Sed, si uera haec sunt, occur ipse *TYRNE-*
FORTIUS p. 444. hoc nostrum uegerabile squamulas capi-
tis, subtilissime licet, aculeatas habens, *Iaceis* associauit?
Aut igitur hallucinatus hic est *TYRNEFORTIUS*: aut spi-
mulae squamarum non sunt pro criterio *Carduorum* habenda-

Plantae, gaudentes flore per-
fecto, composito ex regularibus flosculis
in medio, et irregularibus in ambitu.

Semine plurimo, solido.

SALIVARIS. Germ. Speichel; Wurzel. **Officinal.**
Perenn.

Non inepte de hoc nostro uegetabili scribit *HIERON. TRA-*
GVVS sequentem in modum. Diese feurige und hitzige Spei-
chel

chel-Wurzel/ genant Bertram/ zeucht allezeit dem/ der sie im
 Mund hat/ Waßer: gehört auch in die Zahl der gestirnten
 Blumen/ dann dieselben sind allerding des S. Johannes Blum-
 men/ groß Bellis genant/ so gar gleich/ ausgenommen der
 Stengel ist kürger/ die Blum größer/ und auswendig mit ro-
 ther Farben gemahlet/ gleichwie man an den kleinen Zeitsstz-
 lein/ Bellis genant/ wahrnimmt. Das gal in der Blume
 wird der Saamen: so derselbige in Heumonath zeitig ist/ fällt
 er aus/ und gehet erstmahls auf wie Foenum Graecum, dar-
 nach die andern Blätter werden den Gerbel-Kraut/ genant
 Millefolium, so ähnlich/ das man sie nicht wohl kan unter-
 scheiden. Die Wurzel wird Spannen lang/ Fingers dick/
 schlecht/ und glatt wie die Beer-Wurzel blühet: im andern
 Jahre im Ende des Meyens/ wird nunmehr in Gärten gezelet.
 Nec minus recte eos reprehendit, qui idem esse putant cum
 Dorycnio, cum dicit: Mich wundert/ wie Dorycnion der
 Nahmen zum Bertram kommen/ welcher dem giftigen kalten
 Nacht-Schatten zusiehet. Licet enim non ad Solana pertine-
 at Dorycnion, attamen nec Pyrethrum est. Sed nec Sali-
 uaris nostra, quam communiter appellare consueuerunt Py-
 rethrum flore Bellidis, est uerum Dioscoridis Pyrethrum.
 Quod si enim intueamur in textum DIOSCORIDIS, qui ita
 habet: *Pyrethrum folia, caulemque emittit, ut Daucum Syluestre,
 et Foeniculum: umbellamque anethi, circinatae rotundatis. Ra-
 dix longa est, pollicis crassitudine, gustu ferudissimo: hic sane non
 in Saliuariam nostram, sed in Pyrethrum sic dictum umbel-
 liferum quadrabit. Hoc enim teste Icone, apud MAT-
 THIOLV M Comment. in Dioscor. p. 758. reperiunda, radi-
 ces habet, et olia Cotulae foetidae: huius umbellae ab uno
 quasi centro multis pedicellis innixae, Venerei pectinis ritu,
 aut Anethi, candidis flosculis, feruido et amaricante gustu:
 quibus succedunt femina nigricantia, rotunda, Anisi maiora:
 radix pollicis, interdum duorum pollicum crassitudine, pe-
 dali longitudine, et altius in terram descendens, colore exte-
 rius e fusco flauescente, interius nigro, sapore acri admodum,
 et feruido. Quia uero ab hoc uero Pyrethro nostrum, flore
 Bellidis, toto genere diuersa planta est, nulla re, nisi feruido,
 saliuamque prolicente sapore cum uero Pyrethro conueni-
 ens; aliud ei quaesiuimus nomen, et latinum Saliuaris, quo
 olim Romani ad exprimendum Pyrethrum usi sunt, mutuo
 ab*

ab his sumimus, huicque nostrae imposuimus plantae. Con-
sulto quoque abstinuimus a Germanico *Bertram* / et *Spei-
chel* / *Wurzel* aut *Speichel* / *Kraut* nominauimus, quoniam
Saliariae nostrae non radix solum, sed et folia salinam pro-
liciunt. Iconem reperiens in *MATTHIOLI Comment. in Diosc.*
fol. 786.

BIDENS Americana, folio Apii. Ann.

Vix me continere potui, quin Tridentem dicerem hanc
plantam. Quidni enim ea, qua alii olim *Bidentis* uocem, ego
nunc *Tridentis* notionem in Botanice introducere auderem
libertate? Fuere scilicet, qui, quod uiderent esse plantas, quae
incongrue iam *Chrysanthemis*, iam *Eupatorio*, cannabino
dicto, annumerarentur, in semen earum accuratius sunt in-
tuiti, cumque deprehenderent, semina illis esse cornuta
quasi, aut potius duobus aculeis praedita, *Bidentis* iis impo-
suerunt nomen. Nostri *Bidentis* semina in tres abeunt acu-
leos: ergo est omnino *Tridens*. Sed abstineo tantisper ab
impositione huius nominis, quod uideam *TVRNEFORTI-
VM*, diligenter alioquin seminum minutias attendentem, *Tab.*
CCLXII. ubi *Bidentis* semen delineare debuisset *bidentatum*,
reuera *tridentatum* pinxisse, indeque suspicor, Botanicos pau-
lo latius loqui amare, ac certum pro incerto ponere non-
nunquam numerum.

Semine plurimo, papposo.

TVSSILAGO, Germ. *Husslattich*.

Reperitur trans Albim, non procul ab urbe nostra, hinc et
inde. Id, quod non adeo multis herbis est solenne, *Tussil-*
laginis proprium est, quod flores multi primo sine foliis pro-
deant: qua facie egregie depictam reperiens apud *BESLERVM*
inter plantas hyemales *Horti Eichstadiensis fol. 6.* Expressit
hoc ipsum concinne, simul et nominis rationem dedit *REVS-
NERVS*, sequente disticho.

Filius ante patrem: folium flos germinat ante;
Quodque iuuat tussim, nomina tussis habet.

Vocatur et Farfara, quod nomen imponitur in primis Sympo, et Looh pectorali, ex Tussilagine parato, iis perquam salutari, qui, ob acrem, salsamque pituitam, uel tussi, uel uocis rauedine laborant. Veteres, DIOSCORIDES, GALLENVS, et PLINIUS, aridis Tussilaginis foliis orthopnoicos suffire iubent: apud nos, supinam ob medicantium negligentiam, haec medicatio est infrequentior: at Angli, endemia tussi laborantes, fumo foliorum Tussilaginis aridorum, loco Tabacini fumi, utuntur, consilio, certis in casibus, non contemnendo. Quare et, ex praescripto IO. GOTTSCHEDII, Tussilaginatum, quo Tabaci loco utendum, proponemus. Recipe Vini tincti, seu de Alicante, Cereuisiae Dantisc. Zoppen/Dier/ ana libr. ij. ebulliant cum floribus Rosmar. Lauend. Poeniae, Bugloss. Borrag. Violar. aa. Mi. Colaturae adde succum flor. Betonae. Rosar. prouincial. Tiliae, Lilior. Conuall. ana libr. i. Coquantur succi cum priori decocto, ac despumentur optime. Post adde salis communis M. j. pulu. Cinnamom. Nuc. Moschat. Macis, sem. Anis. ana unc. semis. Ambr. gris. uerae, spiritu uini dissolutae, scrupulum semis. Ebulliant iterum, et ut crassamentum subsidat, ollam bene testam aliquandiu serua. Mox liquidius transfusum de integro ebullire permittite, et confestim folia Tussilaginis, mediam crescendo aetatem pacta, neruo crassiore uel exciso, uel fracto, immitte, maceraturus, ut mollescant. Insiccata ita folia panno inuoluantur laneo, linteo mox induto, ac fimo equino superposito, ut, feruore contracto sui digestionem, et ulteriorem elaborationem consequantur folia. Cotidie autem eadem inspicienda, nec eximenda, donec rusplum contraxerint colorem. Quo animaduerso, horridus ut foliorum, foru diutius continuato, euitetur niger, qui corruptionis manifestus index, fegetre pannem aufer, ac filo crassiore transfossa collige folia, quae, in loco perslabili, et umbrosiore siccata, conuoluta tandem, ac gyrata, funibus arctissime constringantur, et in uasculo ligneo firmissime impacta, seruentur. Funus huius Tussilaginati, tubulo haustus, gravior erit et cerebro, et cordi, et pulmone. Ceterum folia, de quibus iam monuit, aballinae unguulae sunt perquam similia: unde et Germ. *Woffhub* dicta est Tussilago.

Plan-

Plantae, gaudentes flore perfecto, composito ex flore regulari in ambitu, et irregularibus in medio, sigillatim ex regulari pentapetalo, et irregularibus.

GRANADILLA flore maximo. Germ. Die große Passions-Blume. Perenn.

Referunt Granadillam MORISONIVS, et MVNTINGIVS, ad Clematin: sed iniuria. Nam Granadillae flos non est simplex, regularis, tetrapetalos: neque etiam Granadilla nuda fert semina plurima. HERMANNVS Cucumeri annumerat Granadillam: idque nihilo rectius. Nec enim exacte refert Cucumerem Granadillae fructus, utpote coriaceo magis integumento tectus: nec florem gerit Granadilla monopetalon. Momordicae associatur, et nihilo melius, a FRANC. de HONVPHRIIS: idque ob causas fore easdem. Hinc, quod cum nullo fere uegetabili conueniret hoc nostrum, peculiare ei assignauerunt nomen alii, et uel Passifloram cum PLVKENETIO, uel Florem Passionis cum FERRARIO dixerunt: nouo pariter erroris genere. Speciose quidem admodum denominationis reddit rationem AVCTOR der neuen Unterweisung zu dem Blumen-Bau / quando sic scribit: Diese Blume / welche die Indianer Maracot nennen / wird als ein Wunderwerck angesehen / auf welches Gott die vornehmsten Geheimnisse des Todes und Leydens unsers Herrn / und Heylandes deutlich abgebildet hat. Dann wann wir die Blätter / welche diese Blumen umgeben / ansehen / so stellen sie uns das Kleid vor / welches ihm die Juden zum Spott angezogen; die scharffen Spitzen / welche an den äußersten Theilen derer Blätter zu sehen / sind es nicht eine Abbildung derer stechenden Dornen / mit welchen sie sein Haupt gekrönet haben? Und diese kleine mit Blut / Farbe besäetete Faserlein / die ringsherum hengen / zeigen die Krutten an / mit welchen er auf so grausame Weise ist geschäupt worden. Die kleine Säule / die in der Blume her-

hervor steigt / weist uns diejenige / an welche er bey dem Pilato ohne einige Barmherzigkeit angebunden worden; Der oben aufstehende Hut bildet den in Gall / und Efig gekrönten Schwamm ab / der ihme dargereicht worden; die 3. oder 4. kleinen Pfälgen / oder Zapfen / so über der Säule hinauf gehen / formiren die spizigen Nägel / mit welchen man ihm so un menschlich die Hände und Füße durchstochen; die Blätter welche oben spizig sind / unten aber an den Stengel stehen / sind ein Bildniß der Lanze / welche ihm seine Seite geöffnet. Nur das Kreuz ist an dieser Blume nicht eingedrückt / wie alle andere Instrumenten des Leydens zu sehen. Hinc recte NEBELIVS, notis in Ammannum, sic scribit. Veritatem huius denominationis, et an instrumenta Passionis Dominicae in hoc flore reuera deprehendantur, vide in Aldini H. F. p. 49. 56. qui, postquam florem dilucide descripsit, inter alia contra Iacobum Bosium tandem concludit sequentibus: Ego, ut verum fatear, tantam Mysticitatem, nisi per nim, in hac planta non aspicio. Vnde, cum dicant aliqui omnia Mystera Passionis D. N. J. C. in hoc flore apparere, et ideo vocari Flor della Passione, mihi non satisfacit. Nam in hac tota planta Crux non apparet, nec Lanccam uideo. Corona ex 72. spinis, quae in hoc flore debet conspici, meum figmentum est. Alia, quae attuli, per uim contorsi, et idem in infinitis aliis plantis facere possem: et sic per consequens infinitae forent plantae Passionis. Haec Pontificius contra Pontificium.

Granadillae titulo ornandam censent plantam Botanici Hispani, quod fructus cum malo Punico, seu Granato, aliquam naetus fuerit conuenientiam. Atque id quidem diffiteri non possumus. Nam acinos intus continet, oblique dispositos, centrum petentes, similes quodammodo illis Mali Punici, uulgo Granati dicti, sed his ipsis duplo maiores, basi caua, qua petiolo haerent, in acutum desinentes, minime anguloso et lato capite, ut in malo sunt Punico, candicantes, diaphani, et molliores, femine intus Mali forma, et nigro, quod intra carnem acinorum diaphanam, succosam, et mollem apparet, effigie quadam cordis aemula, qua exceptum, cauis punctis impressis, asperum cernitur, medullam habens candidam, et fere inspidam. Vergit etiam acinorum recentium sapor in maturo fructu ex dulci in acidulum: estque perquam gratus. Hinc et nos Granadillae nomen ferendum iudicauimus. Ceteroquin Granadillae, hic memoratae

ratae, additur uulgo epitheton roseae, quod non de colore, sed de forma floris accipiendum, cuius extrema petala floris rosacei Turnefortiani propria habent. Vocant et Pentaphyllam, id quod, si de petalis floris ambitum efformantibus, accipiatur, tolerari potest: minus, si de foliis plantae, quippe quorum non quinque sunt congesta, sed unumquodque in quinque tantum lacinias est diuisum. Vocant et aliquot Grandillam flore clauato: at esse clauatum, commune est omnibus Granadillae specibus, adeoque superuacaneum epitheton.

GRANADILLA flore albo, minore. Germ. *Weisse kleine Passions-Blume*. Annuæ.

De hac iamdum actum *Novis Prouentibus anni cIo Iccc xi*. Siftitur his in ipsis Prouentibus denuo, ut scias, eam accuratissime ab HERMANNO p. 174. *Paradis Batani* delineatam: certe, elegantius longe, quam a PLVKENETIO, *Tab. CIV. fig. 1. Phytographiae*. Vocatur Curassauica, a patria: hederacea, ob foliorum cum Hederæ arboreæ foliis similitudinem: hirsuta, et lanuginosa, quia habitus foliorum, et caulium, est in patria pilosissimus: foetida, ob graeolentiam: alba, a colore petalorum, in ambitu floris positurum. Nam flosculi medii ex albo, et purpureo colore sunt uarietati: uesicaria denique, quia fructus instar folliculi est inflatus. Clauata quoque dicitur. Est enim omnis Granadillae ornamentum proprium, habere florem, cuius embryoni tres clauae insideant. Tandem et flos descriptæ a nobis Granadillae dicitur esse coeruleus, id quod de filamentis radiatum, in modum figuræ solis dispersis, quæue TVRNEFORTIO corollæ fimbriatæ nomine ueniunt, et congeries quaedam sunt flosculorum irregularem, mediam floris partem occupantium, uenit intelligendum. In quo flore, exactissime una cum fructu depingendo, adeo sedulum se præstitit TVRNEFORTIVS, ut integras duas Tabulas nominatim CXXIII. et CXXIX. iconis eiusdem repleuerit.

K

Plan-

Plantae, gaudentes flore perfecto, composito ex irregularibus floſculis tantum, eiusdem generis, ſemine pappoſo.

HIERACIVM myophoron, ſeu mures proferens,
Germ. *Sonderlicher Buchſpiz.*

Cum praeterita aeſtate abhinc Vindobonam iter facerem, et duobus adhuc abeſſem a Bohemia, ubi Miſniae ea contermina eſt, milliariſibus, maturinoque tempore collem quendam editiorem, fagiſ cum primis denſius conſtitum, animi cauſa conſcenderem, per ſemitam, a regia uia remotiorem, incedens uidi ad latus dextrum decantatam illam Gallorum Pulmonariam ea, quam Icon, Prouentibus hiſ praemiſſa, exprimit, facie. Adſtabant plura plantae huius exempla, ſed unicum hocce murem exhibebat ſub cauſium exortum. Euuſſi plantam, et Viennae depingendam curauit, praefertim cum rariuſ cenſerem eius ſpectaculum. Videlicet plantam, quae luteo, ex floſculis irregularibus eiſdem generis composito flore, ſemineque pappoſo, foliſque a radice ſtatim exorientibus, ſinuoſis, ſuperne virentibus, atque hirsutis, inferne denſiore lanigine caneſcentibus, maculiſque pulchriſ, interdum notatiſ, conſtat, **ROB. CONSTANTINVS**, et **AMATVS**, Pulmonariam uocarunt, ob folia forſitan maculata, pulmonem, male affectum, exhibentia. **TABERNAEMONTANVS**, fortaſſe, quod in Gallia proueniat copioſiuſ, Pulmonariam Gallorum dixit: **LOBELIVS** Pulmonariam Gallorum flore Hieracii: **GESNERVS** Pulmonariam Gallorum, Laſtuca- rum generi cognatam: **CHABRAEVS** Pilofellam maiorem flore luſeo: alii *Scopam* regiam Plinii: alii *Hyoferin* eiſdem: alii *Corchorum* Theophrasti, et Plinii. Sed eſt nihil aliud, quam certa Hieracii ſpecies, quae ideo prae aliſ conſideratione uidetur digna, quod ſingulare quid ei nonnunquam euenire ſoleat. Id ipſum primuſ animaduertiſſe uideruſ **H. TRAGVS** C. XCII. *Herbarii*, hiſ uerbis. *Etwan kommts durzu / daß ſich am Stengel / nahe bey der Erden eine Feuchtigkeiſ ſamlet / das wird rund / grau / mit Haar überzogen / einer Baum-Nuß groſ / anzusehen wie eine junge Maus. Das habe*

Habe ich oft wahr genommen / sonderlich im Brümather Balb. At rarius tale quid contingere a TABERNAEMONTANO didicimus, sic loquente. Mein lieber Praeceptor Seeltger/der weitberühmte Hieron. Tragus, schreibet zwar/ daß er dieses oft gesehen/aber ich habe an keinen Drühen hin und wieder in allen Wäldern unsers Teutschlandes / da doch dieses Kraut häufig wächst / nie keines dergleichen Gewächs jemahls gesehen/ wie wohl ich fleißig nachgesuchet gehabt. Quia uero nota, nec opinantibus contigit esse tam felicibus ut uideremus, quibus praetereaque iucundum praebere spectaculum murium idola, foliorum exortui adhaerentia, uidebantur, uisum est nobis faciendum, ut hisce Prouentibus praefigeretur uegetabile. Idola dicimus murium. Neque enim existimandum, nos facere uel cum illis, qui quoddam dari plantarum genus afferunt, quod mediae quasi inter plantas, et animalia esset naturae, figuraque et conformatione corporis ad plantarum, motu uero, et sensu ad animantium naturam accederet; uel cum iis, qui uera plantis innasce animantia sibi habent persuasum. Nam quotquot illi fuerunt, qui pro Zoophyto, seu plantanimali propugnarunt, ii, quod minus accurate in ea, quae uel uiderunt, uel audiuerunt, inquisuerint, decepti fuere omnes. Dantur sane plantae, quae, sicubi accesseris ad eas propius, iisdemque uel nudam, uel cultro, baculoue armatam admoueris manum, folia contrahunt, corrugantur, ac cedunt, quasi fugerent, aduersarenturque humanum consortium, aut pudore suffunderentur, aut nescio quid aduersi sentirent aliud, plantae inde dictae, seu herbae aeschynomene, pudicae, mimosae, sensitiuae, castae, uiuae, de quarum sensu multa apud TH. COMPANELLAM poetice conficta, multa apud FRANC. REDI *αλόγως* scripta reperias: cum quicquid inesse uel sensus, uel affectus his uideri posset uegetabilibus, id omne a mechanica eorundem structura, effluuiorumque in hanc actione pendeat, ut mathematica fere demonstratione HENRICVS REGIVS in *Philosophia* ostendit *naturali*. Quod autem ad plantas attrinet, ex quibus tantum non ipsa pronascentur animantia, praeter Scoticos anseres, Scythicum agnum, nostrosque musculos uix nouimus alias quasdam. Et anseres quidem Scotici, quos in arboribus crescere, singulari libro de *uolucris arborea* euincere uoluit MICH. MAYERVS, ueri omnino sunt an-

ferculi, qui non spumae maris, in arbores proiectae, quasi to-
 tidem Veneres, nec conchillis, ostreisque, arboribus inunda-
 tis inhaerentibus, ac in aues mutatis, nec ipsis arboribus,
 tanquam earundem fructus, originem suam debent, uti per-
 suasum sibi habuerunt ii, qui, unde in marinas arbores in-
 uolassent hi ipsi anseres, concipere non potuerunt. Verae nam-
 que aues sunt, ex ouis, a foecundissimis matribus suis in ni-
 dos, quos istis in arboribus extruere solent, deportatis, ex-
 clusae; prouti Anatomica demonstratione in *Physicis exerci-
 tationibus* SENGVERDIUS ostensum dedit. Ad Scythi-
 thicum, quod attinet, agnum, scias uelim, quod sicut ex dacty-
 liferae arboris, cuius fructus Graecis *Φόβινος* dicuntur, hi-
 storia Phoenicem formauit prisca credulitas: ita curiositas
 aevi recentioris, pari nomenclatura decepra, contraria transfor-
 matione ex animali uegetabilem foetum, plantamue Boro-
 mez, seu Baramez in exoticarum rerum historias intulit. Le-
 gi merentur, quae de eadem VALENTINIUS in *Museo
 Muscorum* commemorat, dignaque adeo sunt, quae huc apponan-
 tur. Es wird dieses so genannte Boromez insgemein vor ein
 Frucht-Thier/ wie es Harsdörffer in *Deliciis Math. et Phys.*
 T. 3. p. 10. qu. 40. nennet/ welches oben auf den Stengel ei-
 nes Krauts/ in gestalt eines jungen Lammes wachsen solle/ ges-
 halten/ weswegen es auch von Deusingio in einen besondern
 Tractat davon Agnus Vegetabilis, sonsten aber Agnus Scy-
 thicus, oder das Scythische Lamm genennet worden/ weil
 es in der Tarterey/ in der Landschaft Zanotha wachsen soll/
 allwo es aus einen Kern/ so dem Melonen-Kern nicht unähn-
 lich ist/ soll gezogen werden. Der Stengel/ so ungefehr 2.
 Schuh hoch/ dienet an statt des Nabels/ wie aus der obi-
 Figur/ welche Kircherus de *Magnetismo* plant. und der J. er
 von Hochberg in seinen *Adelichen Land und Feld-Leben* P. I.
 p. 76. unter Augen legen/ zu ersehen/ auf welchen das Thier
 sich herum wenden soll/ und zu welcher Seite es sich wendet/
 soll das umstehende Gras verderben/ worvon es gleichsam le-
 bet. Wann die Frucht reiff wird/ soll der Stengel verdrockes-
 nen/ die Frucht aber ein rauhes Fell bekommen/ gleich einen
 Lamm/ welches nachmahln gegethet/ und zum Gebrauch bez-
 reitet werde: hat sehr zarte und krause Wolle. Ja es soll auch ein
 süßes Fleisch haben/ so wie Krebse schmecke/ und wann man
 in die Frucht schneidet/ soll auch ein rother Saft daraus fließ-
 sen/

fen/ wie solches Erasmus Francisci in seinen Ost- und West-Indianischen Lust-Garten weitläufftig beschrieben. Dieser Bericht nun hat nicht allein bey dem gemeinen Mann/ sondern auch bey denen Gelehrten desto ehe Glauben gefunden/ weil solches alles am ersten von dem sehr berühmten/ und sonst glaubwürdigen Iul. Cael. Scaligero Exercit. 181. Sect. 29. contra Cardanum beschriben worden/ so gar/ daß der sonst all-gemeine und Weltberühmte Botanicus, Io. Bauhinus, den Ruhm der ersten relation dem Scaliger an einen Ort fast miß-gönnet/ weil er alles allein wissen/ und andern nichts übrig lassen wollen. Ja es hat sich der hochweise/ und sonst üs-beraus vorsichtige Englische Canzler Franciscus Baco de Verulamio in seiner Histor. natural. Cent. 7. p. 147. num. 609. auch hierinnen verhalten lassen/ da er doch sonst andere Naturkundiger von dergleichen Leichtgläubigkeit sehr abgemah-net: und ob er wohl vor erdichtet hält/ daß dieses Fruchts-Lamm das um sich stehende Gras verzehret/ so scheint er doch selbst den Sache nicht gar abgeneigt zu seyn/ indem er meint/ daß das Gras ein solches Bild annehmen könne/ wie dann auch nachgehends andere Gelehrte in großen Disputat gerathen/ in- dem man gefragt/ ob diese Frucht ein Kraut/ und was für eines? Oder ob es ein Thier? oder etwas aus beyden gemisch-tes sey? worvon Wormius in Mus. p. 190. und Scurmias in Anhang des curiosen Natur-Calenders de Anno 1687. N. 5. wo auch die Figur zu finden/ und es mit des Herren Verula-mii Meinung gehalten wird. Ob nun wohl in einigen Kunst- und Naturalien Kammern das Fell von solchen Lämmern ge-zeigt wird/ dergleichen zu Amsterdamm in eines Apothekers/ Herr Joh. Schwammerdams/ Museo zu sehen ist/ auch nebst obiger relation in Moscau dem Herrn Oleario gezeigt worden/ wie er in seiner Persianischen Reise-Beschreibung berichtet/ so hat er doch billich gezeiffelt/ ob er solchen Glauben bey-messen solte/ in dem es einem Fell von den unzeitigen/ oder ganz neu gebohrenen Schäflein näher kommen/ wie obbelobter Wormi-us aus ermeldter Reise-Beschreibung angemercket hat. Daß aber diesem in der That also sey/ hat noch vor kurzen Jahren Herr D. Engelbert Kempffer/ als er von seiner Persianischen und Ost-Indianischen Reise zurück came/ in Decad. Obseru. Exotic. zur Genüge erwiesen/ nemlich theils aus den Wort Borannets, welches bey den Moscowitern ein kleines junges

Schäfflein bedeutet/ und ein diminutivum von dem Selavonschen Wort Baran, ouis, ist/ und nachmahlen durch Verderbung der Sprach in Boromez verändert worden; theils auch aus der Scythier und Perser Gewohnheit/ damit sie den großen Orientalischen Schaffen die Junge aus dem Leibe schnellden/ auf daß sie deren zarten Pelz/ so bey ihnen sehr theuer gehalten/ und zum Unterfutter großer Herren Kleider gebraucht wird/ theilhaftig würden: Welches eben diejenige Felle sind/ so in den Kunst-Kammern vor das Boromez ausgegeben werden. Kommen also diese Felle von keiner Kraut oder Gewächs/ welche Meinung aus Unverstand der Dolmetscher/ oder falschen Relation des Pöbels mag entstanden seyn/ sondern in der That von den großen Schaffen selbst hier. *Ec quia adductus hic curiosissimus KEMPFERVS post id temporis amoenissimos amoenitatum exoticarum edidit fasciculos, eorundemque tertio plenius hoc argumentum est persecutus, uerba transcribamus, quibus accuratissimae observationi finem imponit. Quia, inquit, de existentia Zoophyti, gramina pascentis, nullibi Tartariae apud vulgum vel Botanicae peritos extat notitia et memoria, prout ipse ad risum et nauseam exploravi, neque ulla res Boromez dicta, praeterquam ouinum pelcus, ibidem potest reperiri, mera est, quicquid de hac planta proditur, siltio, et fabula: siue haec natalis debeat conjecturas alicuius contemplatoris Philosophi, siue inscitiae tribuenda sit primi relatoris, qui per linguae ignorantiam, vel incuriam in parergo, rem auditam perperam intellexisse potuit; siue cuicumque acceptam referamus occasione alii, qua per longe distitas regiones passim prouecta ambiguae teneritatis pellicula integritatem historiae ac nominis sui auiseric: donec tandem appulsa nobis cum prodigii lepore, in uirum illustrem, curiosum et huius peregrinae lanuginis admiratorem incidit, uegetabili uultu suo sidem prodigii, ut solent mirabilia omnia, nullo negotio fecerit. Sic auctoritate illustratus error, mox scriptis quoque firmatus, sapientissimorum ingenia et vulgi opinionem ita occupauit, ut hodie pro Zoophyti specie inter rariora Musaeorum ostentari soleat, quae, uerissima caesarei foetus pellicula est. Scite BARCLAIUS: Prodigia cum narrantur, excipi solent fauore mirantium, et quanquam non ad uerum exacta sint, postquam semel scriptorem inuenerunt, pluribus placent, ueneratione crescunt, uetustate commendantur. Cum nostri plantanimalibus, cum muribus inquam nostris res ita comparata est, ut tantum illi a ueris distent animantibus,*
 quan-

quantum fungosa lanugo, quantum idolum, imagoue rei a re ipsa. Sufficit interea nostras regiones curiosis aequè superbire spectaculis, atque peregrinas; sufficit ostendisse, id nobis coram pedibus nonnunquam esse positum, ad quod uidendum procul hinc curiosiorem saepe, ac par est, pedem frustra promouere solemus. Interea uerum esse Hieracium plantam hanc nostram *μυόρογον*, et flos, et semen docet. A multis autem reliquis Hieracii speciebus omnium optime distingui posset, si muscoli hi, quos nonnunquam ostendit, essent ipsi perpetui, seu essentiales. Quales cum non sint, hocce caractere ab aliis distingues Hieraciis, quod et fruticosum aliquo modo sit, et semen paruum, nigrum, breuiusque habeat, quam genera reliqua Hieraciorum. Posset et cum Pilosella confundi, qua cum ratione seminis conuenit. At non reptat flagellis quemadmodum Pilosella. Haec ipsa dum scribo, uenit mihi in mentem recordari, quantum confundere, ac permiscere saepe soleant Scorzoneram, Tragopogum, Taraxacum, Zacyntham, Hieracium, Pilosellam, Lactucam, Chondrillam, et Sonchum arte Botanica innitiati: ut operae putarim pretium, si notas quasdam dedero characteristicas, quarum ope consilio omnis euitari facile queat.

Scorzonera scilicet, flore gaudet composito ex irregularibus tantum; eiusdem generis, seu semiflosculis, comprehensis calice oblongo, gracili, squamisque grandioribus, non tamen ultra florum petala excurrentibus, praedito. Semen corrice, seu inuolucro plerumque est obductum, et pappis instructum, oblongum, teretiuseculum, maius. Folia sunt longa, glabra, et neruosa. Radix ut plurimum nigra, crassa, esculenta, perennis. Lactescit etiam Scorzonera, et flores circa meridiem se claudunt.

Tragopogo flos est compositus ex irregularibus tantum eiusdem generis: Calix est nequaquam squamosus. Quo ipso a Scorzonera, et similibus id genus floribus distinguitur. Componitur etiam calix ex simplici foliorum, aut si maius segmentorum serie, seu uallo, aequali ferme ordine extensorum. Radii quoque calicis florum petala longitudine quodammodo superant: unde floris ambitus, calicis foliis prominentibus, stellata efficitur. Semina sunt membrana, seu inuolucro obuoluta, oblonga, in grandius capitulum congesta, et pappo cristata. Ta.

Taraxacum gaudet flore composito ex irregularibus semisfoculis. Vocatur etiam Dens Leonis. Communiter flos gaudet colore flauo. Semisfoculi sunt in summo denticulati: eoque nomine cum Hieracio conueniunt, cui perquam similis est Dens Leonis. Veruntamen semisfoculus Taraxaci est magis quasi complicatus secundum longitudinem, quamobrem uidetur ab Hieracio differre. Differt et in eo, quod dimidia ferme sui parte Hieracio sit longior. Adde, quod Taraxaci periantheum sit nudum, Hieracii uero radiis crassiusculis uiridantibus cinctum. Semina sunt pappis instructa, in globosum capitulum collecta, et thalamo affixa. Flores innascuntur pediculis plerumque fistulosis, non ramosis illis, sed nudis, unicum tantum in fastigio florem gestantibus.

Zacyntha gaudet flore composito ex irregularibus tantum. Calix floris est squamosus, idemque flore delapso formam rotulae radiatae assumit, radiis melonis costarum in morem elatis. Vnaquaeque autem costa est species capsulae, semen unicum includens, pappo cristatum. Abit scilicet calix in capitulumquoddam striatum, cuius singulae partes, seu capsulae semine turgescunt.

Pilosella male refertur ad Hieracia, gaudetque flore composito ex folis irregularibus eiusdem generis. Seminis forma et colore ab Hieracio differt. Gaudet enim feminibus nigricantibus. Foliis autem integris, et pilis longis, hirtis, per caules, calices, et folia dispersis, a Pulmonaria, simul et Hieracio secernitur. Pleraque etiam Auriculae muris species flagellis, siue caulibus reptant.

Hieracium Flores irregulares, qui componunt Hieracium, sunt euidentissime crenati, ac plerumque intus flauescunt, extus pallent. Semina sunt nuda, oblonga, teretiuscula, minora, angulosa, seu striata, pappescentia, in capitulum breuius, et crassius collecta. Plantae facies, Hieracii propria, est habere caules ramosos, graciliores, parum fistulosos.

Lactuca gaudet flore composito ex meris irregularibus, seu semisfoculis Turnefortianis. Sedent in calice oblongo, tenui, squamulis uiridibus, et succosis constante.

Chondrilla gaudet flore composito ex folis irregularibus, iisdemque talibus, quales sunt semisfoculi Turnefortiani.

Anhae-

Inhaerent illi embryoni suo, et calice ueluti tubulato, ac cylindriforini comprehenduntur. Seminibus gaudet nudis, oblongiusculis, et angustis, fungosis, sulcatis, denticulatisque, in pappo candidissimo latitantibus. Quod ad faciem plantae, calix est illi cylindraceus, ad basin usque in plures partes dissectus: florum capitula, et cauliculi sunt Lactucae minores, caulibus in longitudinem pressus iuncti: folia sunt alterna, laeuia, Lactucae foliis angustiora, nonnunquam foliorum papauerinorum instar sinuata.

Sonchus gaudet flore composito tantummodo ex irregularibus, qui sunt crenati, comprehendunturque crasso calice, seu capitulo grandiore, quod per maturitatem, postquam defloruit Sonchus, conicum ferme euadit. Semen est papposum, aliquantum compressum, lactescens cum maxime, et caulibus gaudens fistulosis. Creuit hoc anno nostris in hortis Sonchus alper, folio non laciniato, sed leuiter crenato, eodemque uerucoso. Hoc loco memorabile, quod singula florum capitula, seu singulos calices, ambiunt foliola, nonnunquam sex, periantheum quasi quoddam repraesentantia. An ideo planta haec a reliquis Sonchis distingui debeat, aliis iudicandum relinquimus. Relinquimus aliis et inquirendum, sub quo nomine ab aliis fuerit descripta. Nobis sub ineptissimo Borriginis luteae nomine semen fuit transmissum.



PARS II.

Complexa

Plantas, flore imperfecto
praeditas.

Plantae amentiferae, flosculis squamosis
in nuncamenta collectis.

RICINVS totus ruber. Germ. Rother Wunder-
Baum. Ann.

L

Non

Non est Ricinus Africanus maximus, caule geniculato, ru-
tilante, quem *Hortus Regius Parisiensis* commemorat, et *Hortus*
Malabaricus P. II. fig. 60. depingit; sed is, quem totum ru-
brum Indicum uocat HERMANNVS p. 525. *Hort. Acad.*
Eugd. Bat. et cuius differentiam a reliquis Ricinis eos nosse
putat RAIVS T. II. *hist. plant.* p. 1855. qui eum coluerunt.
Differt. autem partim eo, quod uix ad dimidiam Ricini uul-
garis Americani assurgat altitudinem, partim, quod non caulem
solum, sed etiam folia habeat ex pruno colore obscurius ru-
beutia: imo totus, quantus quantus est, ruber sit. Voluit
et ille, qui huius semina nobis misit, perennitate nostrum
Ricinum ab aliis differre: at fallitur, non enim is reuiuiscit,
ut Ricinus Brasiliensis minor, folio Staphidis agrariae, quem
PLVKENET *Tab. LV. fig. 2. Phytographiae* depinxit. No-
stri, non est, ut poscas, imaginem, qui praeter colorem, par-
uamque staturam omnia cum Ricino Americano, maiori, cau-
le uirescente, cuius Iconem in *Horto Malabarico* P. II. fig. 32.
habet, communia habet. Quod CAMERARIVS p. 142.
Hort. Med. Philos. scribit, errate autores, qui Ricinum tal-
pis, peculiari quadam antipathia, contrarium esse asserant, id,
propria experientia edocti, confirmare possumus, qui una
cum eo obseruauimus, etiam folia Ricini, quibus cuniculo-
rum ostia suffarcta et obturata fuere, talpas erucere haud
esse ueritos.

Plantae, flore stamineo gau- dentes.

Gramen dactylon, esculentum. Germ. Himmel-
Zhan.

Abfit, imo longissime abfit, ut hic de methodo Graminum
agere instituamus. Hoc enim argumentum altioris est in-
daginis, et RIVINOS, RAIOS, TVRNEFORTIOS, SCHEVCH-
ZEROS requirit. Sufficiat nobis graminis recensuisse speciem,
quae in horto nostro creuit, et, uel eo nomine, digna uideatur
cultura, quod curiosum nomen Mannae gerat. Nam uocant
etiam

etiam *Gramen Mannae esculentum*, item *Mannam*, seu *Rorem coelestem*. Germ. *Himmel / Thau* / forsã propter semen exiguum, albidum, et compressum, quod *Oryzae* saporem habet, et in pultibus, iusculisque pinguibus incoctum, suave praeber ferculum. Vocatur *Cereale* hoc gramen etiam *Polystachion*, ob spicas plurimas; *Dactyloides* seu *Dactylon*, ob spicas, uelut in digitos explicatas; *Ischaemon*, quia graminis eius, quod a sistendo sanguine nomen accepit, est quaedam species. Nam adeo simile est *Ischaemo vulgari*, ut cultu duntaxat distare uideatur: habitior quippe tantum tota est planta, quaeque radice fibrosiore, latioribus foliis, et calamis rubellis, plures spicatos stylos gerentibus, femineque in glumis magis conspicuo, ab *Ischaemo* est diuersa. Compares ipse inuicem haec duo gramina, unica in Tabula depicta a *Lobelio* p. 13. *Obs. stirp.* Graminis *Mannae* sigillatim elegans habetur pictura in **MATTHIOLO** p. 1000. *Comm. in Dioscoridem.*

Plantae dorsiferae.

ASPLENIVM. Germ. *Milch-Kraut.* Perenn.

Est ex iis herbis aliqua, quas *Veteres* *Capillares* dixerunt. Quenam uero *Capillares* sint dicendae, et quot sint *Capillarium* non idem sentiunt omnes. Quinque communiter asserunt: nominatque *Pharmacopoea Augustana* sequentes: *Adiantum nigrum*, seu *Capillum Veneris*, *Adiantum album*, seu *Ruta muraria*, *Polytrichon aureum*, *Trichomanen*, et *Asplenium*, seu *Ceterach*. **SCHROEDERVS** in *Pharmacopoea* his addit *Scolopendriam*: ergo sex habet *Capillares*. **HERMANNVS** in *Cynosura materiae medicae* quatuor tantum nouit, quando, neglecto *Trichomane*, ipsi perinde est, seu *Asplenium*, seu *Ceterach*, seu *Scolopendrium* *Capillarium* inferas ordini. Aliae sunt *Calli capillares*, *Adiantum* uidelicet, seu *Capillus Veneris*; *Adiantum vulgare*, seu *Dryopteris nigra Dodonaei*; *Polytrichon*, seu *Trichomanes Dioscoridis*; *Ceterach*, seu *Asplenium*; et *Ruta muraria*, seu *Adiantum album*: aliae *Germanis*, *Adiantum*, pura; *Ruta muraria*; *Polytrichum aureum*, seu *Muscus capillaris*

L 2

Dodo-

Dodonaei; Trichomanes, seu Gallorum Polytrichum; et denique Asplenium. Alii Phyllitidem, seu Linguam ceruinam addunt. Imo RAIUS capillarium nouem facit: quinque maiores, Phyllitidem nempe, Hemionitidem, Lonchitidem, Filicem, Osmundam; et quatuor minores, Asplenium nempe, Trichomanen, Rutam murariam, et Adiantum. Alii aliter de numero Capillarium sentiunt. In tanto sententiarum diuortio, tamque inconueniente et nominum, et herbarum permixtione, dicam, quid sentiendum. Est scilicet primum omnium distinguendum inter herbas Capillares sensu Veterum, et sensu Recentiorum. Veteres per Capillares illas intellexerunt herbas, quae capillis sanitatem et nitorem conciliant, omnibusque illorum uitiiis medentur: Recentiores non tam de uirtute, quam caractere plantarum solliciti, ad pilosas extuberantias, quas plantae nonnullae in dorso foliorum ostendunt, respexerunt, atque hinc dorsiferas herbas omnes Capillares appellauerunt. Harum ingens est numerus posteaquam ex Indiis tot nouae, et nunquam ullibi commemoratae Capillarium species apportari coeperunt. Vnde hoc magis cogitari coeptum de quibusdam notis, quibus et ab aliis, et a se inuicem distinguerentur plantis. Subnata autem mox sub initium contemplationis accuratioribus Botanice difficultas haud leuis, quod et antiquitas crediderit flore, semineque Capillares herbas carere, et nudi quoque Recentiorum, lyncei licet oculi, nihil horum in iisdem deprehenderint. Attamen cum semine destitutam esse plantam ipsis repugnaret sacris literis, herbis in genere omnibus uim sementandi semen tribuentibus, inquisitum in illud tam diu, donec FEDERICVS CAESIUS, microscopio adiutus, et flores, et semina in hirsutis protuberantiis dorso foliorum adnatis, detexerit. Quod quidem inuentum adeo in apicem posuerunt aliorum obseruationes, ab HOOKIO in primis collectae, ut mirari satis nequeamus, qui in tanta rerum luce caligare adhuc uoluerit TVRNEFORTIUS, ac flore carere, dorsiferas attamen esse, notam Capillarium ueram esse propugnare potuerit. Ipse id concedere cogitur Illustri RIVINO RAIUS, flosculos esse dorsiferis plantis granulatos, postquam praesertim PLUMIERIUS ostensum dedit, uesiculas, uascula, seu tubercula, ut uocant, feminalia dorsiferarum, antequam in pul-

uis-

misculum abirent, praecedere flosculos minimos, canescentes,
 monopetalos, calicis exigui hemisphaerici in modum excavatos,
 filamentis fere multis, minimis, canescentibus repletos.
 Adeoque putarim non tam de eo, an flore careant, quam
 annon iniuria imperfectum florem habere dicantur dorsiferae
 plantae, ambigendum hodie esse. Licet imperfectum flo-
 rem tamdiu posse sic satis bene assignari dorsiferis uideatur,
 donec perfecte omnium flores in lucem protracti, delinea-
 tique, ac descripti fuerint. Interea in sinu gaudeo, mutasse
 RAIUM sententiam, notamque genericam capillarum,
 quam in caulis absentia posuerat in *Historia plantarum*, re-
 iecisse in *Plantarum methodo emendata, et aucta*, ac ea in re in-
 comparabili Riviniana methodo accessisse propius, quando
 ad feminum, minutissimorum licet, et pulverulentorum, dorso
 foliorum plerumque inhaerentium, situm esse respiciendum
 cum maxime uoluit. Hoc uero fundamenti locoposito, ui-
 demus Osmundam regalem semina gerere racematim com-
 pacta in partibus foliorum, quae furculorum quandam prae-
 ferunt faciem: Filicem feminam uulgarem in marginibus
 dorsi foliorum: Polypodium uero et Filicem marem in uer-
 rucis: Phyllitidem et Adiantum in lineolis uermicularibus:
 Lonchitidem in lineolis latiusculis, mediae dorsi parti adhae-
 rentibus: Scolopendriam denique per totam folii auersam
 superficiem. Neque est, quod dicas, deseruisse denuo RAI-
 IUM hanc methodum. Nam ille non tam conscientia in-
 eptae ductus methodi sententiam aliquantum mutauit, quam
 impatientia impulsus, quod illi, qui peregrinas Capillares
 transmiserant, situm congerici seminalis annotare neglexe-
 rint: quasi uero supinam hanc negligentiam emendare non
 possent moniti, Americanarum regionum Botanici, melio-
 raque edocti. Quod autem ad foliorum attinet figuram, sim-
 plicitatemque, et diuisionem, seu fissuras, laciniisque, ad quam
 refugit de methodo optima desperans RAIUS, eam et nos
 non negligamus, sed tum imprimis attendamus, quando Ca-
 pillares, eundem seminalium collectionum situm habentes,
 ab inuicem determinandae ueniunt. Interea haec sufficiant
 de argumento, quod data opera euoluere non constitueramus,
 qui primum Officinarum tantum Capillares herbas contem-
 plandas nobis proposueramus. Harum igitur prima sit.
Adiantum. Haec uero uox nulli tribuatur alii herbarum,

quam isti, quae communiter *Veneris* uocatur *Capillus*. Me equidem non latet, addi, cum de hac herba sermo est, *nigri* epitheson, quemadmodum cum de herba *Muraria* loquuntur, *albi*, et cum de *Polytricho*, *aurei* cognomen *Adianto* addunt: sed praeterea, quod haec plantae non parum ab *Adianto* differant; e re quoque esse putarim *Φιλοβοσάνων*, abstinere ab eiusmodis uocabulis, per quae perquam facile in errores inducamur. Componitur *Adianti* uox ex α priuatiuo, et *διάντιο* madefacio, quasi planta non madefacta, quoniam, ut **THEOPHRASTVS** Lib. VII. C. XIII. *hist. Plantarum* scribit, *Adianti* folium in aqua nunquam madescit, nec quicquam adhaesisse humoris constat. Nasci solent fructus *Adianti*, seu seminalia exanthemata in sinibus, complicatione, circuitu, aut, si mauis, margine dorsi foliorum: in his enim occurrunt, capsulae sphaericae, annulo, ui elastica donato, munitae, cuius contractione rumpuntur, seminaque fundunt tenuissima. Folia ipsa, quod concernit, sunt illa perquam tenuia, glabrisque, et nitidis, nigricantibus pediculis adhaerent. Quae omnia eleganter expressit **TURNFORTIVS** Tab. CCCXVII. *Instit. rei herbariae*; quemadmodum integrae facies plantae in **MATTHIOLI** *Comment. in Dioscorid.* p. 1201. comparet. Appellatur Germanico idiomate commodissime *Frauen-Haar*. Secunda sit *Muraria*. Haec inconuenienter *Ruta muraria* dicta est: habet enim cum *Ruta* praeter colorem foliorum Rutaceum nihil commune. Nam *Rutae* est flos regularis, tetrapetalos, eidemque semen, latens intra pericarpium quadricapsulare: *Muraria* uero nostra granulatos suos flosculos in auersa gestat foliorum parte, ubi et capsulas reperias membranaceas, sphaericas, itidem annulo, ui elastica donato, munitas, quae huius contractione rumpentes, semina minutissima fundunt. Discerni et a reliquis *Capillaribus* foliorum aliquantum potest facie, quorum, ex pinnulis paucis obtusis compositorum, crassities, et paruitas, pariter atque pediculi uirides, minus nitentes, *Murariam* facile a congeneribus distinguunt. Intelliges haec rectius, sicubi *Iconem Tabulae Turnfortianae* CCCXVII. debite fueris contemplatus. Intelliges et illud, *Murariam*, confusionis uitandae gratia, non esse uocandam *Adiantum album*. Germanice dicenda est *Mauer-Haare*, quia commodior, simul ac uisitatior

tatiox uox non suppetit. Leonem totius plantae habet TABER-
 NAEMONTANVS p. 1184. fig. 3. Tertia capillarium uocetur
 Trichomanes, illa herbula, quam in officinis nunc *Polytri-*
chum simpliciter, nunc *Polytrichum nigrum* uocant. Hoc ipsum
 est uerum Dioscoridis Trichomanes, adeoque Polytrichum dici
 nequit, cum praesertim alia longe planta, de qua mox, Poly-
 trichi nomen magis mereri uideatur. Nostri ceteroquin Tri-
 chomanis fructus, foliorum dorso adnati, constant ex capsulis
 membranaceis, fere globosis, et squamis obuolutis, annulo-
 que elastico munitis, quae, contractione ruptae, semina tenu-
 issima fundunt. Folia Trichomanis ex foliolis plerumque sub-
 rotundis, costae utrinque, quasi per coniugationes, inna-
 scentibus sunt composita, ac ueluti pinnata, Viciae forsan, uel
 Securidacae foliis aemula, pediculisque nigris nitentibus ad-
 haerent. Vide TURNEFORTIUM Tab. CCCXV. et
 MATTHIOLVM p. 1202. ubi plantae et partes, et facies. Vnde
 nactum fuerit apud Germanos splendidum nomen wieder
 Tod/me later. Quartum in locum collocetur Polytrichum,
 diuersissima a Trichomane planta. Reclamat quidem A MA-
 TVS LVSITANVS *Comm. in Lib. II. Dioscor. Enarrat.*
 CXXXIIX. nullumque discrimen intercedere inter utram-
 que, diuersis tantum uocabulis designatam plantam, con-
 tendit: at frustra. Contrarium loquitur res ipsa. Qualis Tri-
 chomanes planta sit, dictum est paulo ante: talis uero Poly-
 trichum non est, ut mox dicetur. Intelligimus autem nos
 hic per Polytrichum *Muscum* illum *capillarem DODONAEI*,
 quem *Polytrichum aureum* uocant, BAVHINVS *Polytrichum*
aureum medium. Haec ipsa planta, ut Polytrichon nude dica-
 tur, sine omni epitheto, uellemus: sic enim euitabitur con-
 fusio, quae frequens est, *Polytrichi nigri*, seu Trichomanis cum
Polytricho auro, seu Polytricho καὶ ἔξοχῆν sic dicto. Rebus
 nomina saepe conueniunt suis. Polytrichum uero nomen
 sortitum apparet uel quod ipsa planta capillos multos re-
 praesentet; uel quod multos gignat capillos. Ego priori
 significatu impositum Polytricho nomen a Botanicis reor, a-
 deoque iure quodam posco, ut *Dodonaei* ille *capillaris muscus*,
 qui et multos, et rufescentes capillos, herbescens adhuc,
 folliculis suis nondum turgidus, eleganter refert, et solus, et
 semper Polytrichon nominetur. At, dices, quid Saul inter
 Prophetas? quid *Muscus capillaris*, herba, cuius flores, et fru-
 ctus

etus vulgo desiderantur, inter dorsiferas herbas? Fateor, me ipsum nescire, quo iure Polytrichon, seu Muscus hic noster primitus in Capillares officinarum Germaniae herbas irreperit, aut quorum Medicorum autoritate in ordinem Capillarium susceptus sit; nisi dicere uellem, eos, qui primi turbauerunt ita Cappillarium ordinem, non tam characterem, quam uires plantarum respexisse. Quod si tamen alicui adeo displiceat inter Capillares Polytrichonis, meo quidem uoto id expungat, et in eius furroget locum eam, quam Gallorum officinae loco Polytrichi, sub *Adianti uulgaris* nomine dispensant Capillarem herbam, quaeque nil est aliud, quam *Dryopteris*, non alba illa DIOSCORIDIS, sed nigra DODONAEI, ea scilicet herba, quam Bauhinus Adiantum foliis longioribus, puluerulentis, pediculo nigro appellauit: et ita quarta capillarium erit non Polytrichum, non Muscus aliquis, sed uera Capillaris herba, ad omnem cum Adianto confusionem euitandam, *Dryopteris nigra* dicenda, cuius seminales efflorescentiae in lineolis primo erumpunt, postea uero se diffundunt, et totam fere auersam foliorum superficiem figura crustae puluerulentae, ferruginae occupant, foliis multifaria in segmenta angustiora diuisis, inhaerentibus pediculis glabris, atroirentibus. Polytrichon, quod Germ. *Gulden Widerthon* uocant, depictum uide sis apud TABERNAEMONTANVM p. 1186. *Herbar.* Restat quinta Capillarium, *Asplenium* dicenda. Huius synonyma sunt *Cetrach*, et *Scolopendria*, uel *Scolopendrium*. Prona pars, seu auersa foliorum facies tota a feminalibus exanthematis fere occupata, squamis quasi obducitur, e quibus, uelut e sinibus propriis, capsulae sphaericae, annulo elastico donatae emergunt, quae huius, ut in aliis capillaribus, contractione ruptae, semina minutissima fundunt. Folia parua sunt, minus alte in segmenta breuiora, et rotundiora incisa, nec etiam coniugata, sed alternatim disposita, ut utrinque undulata quasi serpere uideantur, ut uidere est apud TVRNEFORTIVM Tab. CCCXII. Germ. uocatur *Milz Kraut*. Ceteroquin nolim putes Phyllitidem, seu Linguam ceruinam eandem cum Asplenio herbam. Praeterea enim quod Phyllitis Officinarum Capillaribus ab intelligentibus nunquam annumerata est, uiribus quoque, quae ei adstringen-

gentes sunt, ab Asplenio, aperiendum uirium, multum est diuersa, ipsaque sui facie. Nam in Phyllitidis foliis sinus ad- sunt sulcati, et quasi bivalues, qui numerosam congeriem capsularum seminalium condunt. Praeterea et folia linguae cerui figuram aemulantur, unde et Germanis Hirsch Zunge est appellata. Iconem habet TVRNEFORTIVS Tab. CCCXIX. CCCXX.



PARS III.

Complexa

Plantas flore omnino carentes.

LENTICVLA, Germ. Enten-Grieff / Wasser-Lin- sen. Indig.

Occupet extremum uilissima, at non tam ex eruditorum, quam uulgi opinione, planta. Oritur in aquis stagnantibus, hin und wieder in stehenden Wassern um die Stadt / auch in dem Stadt-Graben. *Lens palustris* minus recte dicitur: Lentes enim flore gaudent; nostra uero flore omnino caret. Decepti sunt, qui nomen imposuerunt, a densissimo corpusculorum inferne nigricantium, superne uirentium, nitidorum, orbicularum, Lentisque modo compressorum, agmine, quod aquarum tegit superficiem, et inuicem capillamentis tenuissimis, albis est reuinctum, quibus, ceu radicibus, e limo adhaerescente alimentum haurit. Ad fucos folliculaceos eam refert TVRNEFORTIVS, nec aperte fateri audet, florem non habere, quando dicit florem eius uulgo ignorari. Ac licet omnino adhuc dubitare de floris absentia, quoniam is aequae latere potest, ac olim diu latuit flos Ficus, si non ipso in fructu, uti hic, forsan alibi. Mira sunt, quae legimus de Lenticula apud MATTHIOLVM his uerbis:

M

Gala

Palustris lens, si, ut quandoque fieri solet, aquarum inundationibus e relictibus aquis in fluentes transferatur, simul ac littoribus inhaerit, mirum in modum propagatur. Nam subnatis quibusdam capillamentis, quae radice uices praestare uidentur, sese terrae committit, et subinde adolescens, tandem crescit in plantam, aquatico sisymbrio haud absimilem. Id quod naturae operum indagatores non sine admiratione obseruarunt. Adstipulantur Matthiolo LVGDVNENSES, pollicemque premit ACXTELMEIERS, quando ita. Die fette / und allezeit grünes de Wasser / Linsen / sind anders nichts als Fettigkeit der stillstehenden Wassern / die zu Zeiten im Tag der Schatten mit der Sonnen mögen temperiret haben / und sind solche Linsen ein Anfang und Saame anderer Saamen / oder Wasser / Kräuter. Denn sobald diese Linsen aus den stillen Wasser / Gräben etwa durch eine Fluth in fließende Bäche kommen / wo sie nicht durch den schnellen Wasser / Fluß weg gelöst werden / sondern sich enthalten können / da wachsen sie breit von eins ander / und hengen sich an die Wasser / Gestaden / aus welchen mit der Zeit andere Bach / Kräuter wachsen / dem Brunn / Kress nicht ungleich / über welches Geheimniß der Natur man sich billich verwundert. At enim uero mirabilis huius plantae metamorphosis apud prudentiones, circumspectioresque fidem nondum inuenire potuit, licet uel ipse DALECHAMPIVS ἀνίστησις fidem interposuerit suam. Vt enim sapientiae, ita et scientiae omnis artus et nerui sunt nil temere credere.

S. D. G.



(O)



IN-





INDEX

A	
A B el mosch.	27
Abutilon.	28
<i>Acetosa Ozimi folio.</i>	35
<i>Acetosa bucephalifera.</i>	35
<i>Acetosa Italica.</i>	36
<i>Acetosa Neapolitana.</i>	36
Adiantum.	85
<i>Adiantum album.</i>	86
<i>Adiantum aureum.</i>	86
<i>Adiantum nigrum.</i>	86
<i>Adiantum vulgare.</i>	88
Alcea.	28
<i>Alcea Soldanifera.</i>	27
Alkekengi Indic. min.	31
Aloe Afr. fl. rubr. fol. macul.	6
Aloe Afr. fl. rubr. fol. triang.	6
ueruc.	6
Aloe Afr. margaritif. minor.	6
Aloe Afr. caulesc. fol. glauc.	7
spinof.	7
Aloe Afr. humil. fol. varieg.	7
Aloe Zeilan. pumila fol.	7
varieg.	7
Aloe serpentaria	7
Aloe Afr. fol. breuiss. et	7
crassiss	7
<i>alsine Indica perennis.</i>	3
Althea.	28
<i>Anonis vera spinof. lat. mai.</i>	55
<i>Apocynum Amer. monstros.</i>	5
Apocynum Syriacum.	4
Asclepias aizoides monstrosa.	4
Asplenium.	83. 88
<i>Astragalus Monsteliens.</i>	57
Atractylis.	66
<i>Atractylis</i>	66
B	
<i>Baitosfar.</i>	4
<i>Beidelsar Alpini.</i>	4
Belladonna.	29
Bellis hortensis.	52
Bidens Amer. fol. Ap.	69
<i>Borrago lutea</i>	81
Bryonia Afr. fr. rubro.	32
Bryonia Afr. fr. aureo.	32
<i>Bryonia Afr. lacin. rad. rub.</i>	33
Bryonia Afr. fr. uirid. lact.	33
<i>Bryonia Zeylan. fol. prof.</i>	33
lacin.	33
Bugula.	52
C	
<i>Calcatrippa.</i>	53
<i>Calcatrippa.</i>	65
<i>Caluaria monachi</i>	58
<i>Campanula hirsuta.</i>	18
Capillares herbae.	83
M 2	

INDEX.

I.		<i>Melagris.</i>	48		
I	<i>Acea altiff. fol. Cichor.</i>	67	<i>Melilotus fl. luteo.</i>	55	
	<i>Ialappa.</i>	1	<i>Mesembrianthemum.</i>	44	
	<i>Jasminum Mexicanum.</i>	1	<i>Mirabilis fl. persico.</i>	1	
	<i>Iris bulbosa.</i>	19	<i>Momordica flos passion.</i>	71	
K.		<i>Muscus capillar. Dodon.</i>	87		
K	<i>Ali.</i>	45	<i>Muraria.</i>	26	
	<i>Ketmia.</i>	28	N.		
	<i>Ketmia Aeg. sem. mosch.</i>	27	<i>Narcissus Caperonius.</i>	48	
	<i>Ketmia fl. sulph. max.</i>	27	<i>Natrix fl. luteo.</i>	55	
	<i>Keyri fl. lut. pl. fol. uarieg.</i>	37	<i>Nux. Metella.</i>	24	
L.					
L	<i>Astuca.</i>	80	O.		
	<i>Lapathum Aegypt. lactesc.</i>	4	O	<i>Enanthe.</i>	60
	<i>Lapathum hortenfe latifol.</i>	34		<i>Ozimum.</i>	48
	<i>Lens palustris.</i>	89	P.		
	<i>Lenticula.</i>	89	P	<i>Assiflora.</i>	78
	<i>Leucacantha.</i>	65		<i>Patientia.</i>	34
	<i>Lilium marmoratum.</i>	40		<i>Phyllitis.</i>	88
	<i>Lilium variegatum.</i>	40		<i>Pilosella.</i>	80
	<i>Lilium regium.</i>	42		<i>Pilosella mai. fl. luteo.</i>	74
	<i>Lilium sylvestre.</i>	43		<i>Pisum cordatum.</i>	58
	<i>Lilium cruentum.</i>	43		<i>Polytrichum.</i>	87
	<i>Lilium montanum.</i>	43		<i>Polytrichum nigrum.</i>	87
	<i>Lilium bulbiferum.</i>	43		<i>Polytrichum aureum.</i>	87
	<i>Lilium foliis reflexis.</i>	43		<i>Pulmonaria Gallorum.</i>	74
	<i>Lilium martagon.</i>	43		<i>Pemum spinosum.</i>	24
	<i>Lingua ceruina.</i>	88		<i>Prunella.</i>	50
	<i>Lumaria Magor. Arab.</i>	36		<i>Prunella coerulea.</i>	52
	<i>Lycopersicon Aeth. fr. eleg.</i>	33		<i>Pyrethrum fl. Bellid.</i>	68
M.				<i>Pyrethrum uer. Diosc.</i>	68
M	<i>Alua.</i>	28		<i>Pyrethrum umbelliferum.</i>	68
	<i>Malum Aeth. Dodon.</i>	34	R.		
	<i>Mandragora.</i>	30	R	<i>Habarbarum Monachorum.</i>	34
	<i>Manna coelestis.</i>	83		<i>Rhabarbar rotundifol. uer.</i>	34
	<i>Martagon.</i>	43		<i>Ricinus totus ruben.</i>	88
	<i>Mastache.</i>	25		<i>Ros coelestis.</i>	83
				<i>Ruta muraria.</i>	86
			M. 3	Sao	

INDEX.

S	
S Aliuatis,	67
<i>Scolopendrium.</i>	88
<i>Scopa regia Plinij.</i>	74
Scorzonera.	79
Securidaca.	56
<i>Sedum.</i>	45
<i>Sedum amarum.</i>	8
Semperuiuum.	47
<i>Semperuiuum marinum.</i>	8
<i>Solanum Aegypt. fl. pleno.</i>	22
<i>Solanum Mexicanum.</i>	1
<i>Solanum Maniac. Theoph. Er.</i>	23
<i>Solanum Spinosum.</i>	24
<i>Solanum spinos. arbor. Afr.</i>	28
<i>Solanum lethale.</i>	29
<i>Solanum somniferum.</i>	29
<i>Solanum maniacum.</i>	29
<i>Solanum furiosum.</i>	29
<i>Solanum melanocerasum.</i>	29
<i>Solanum cosmeticum.</i>	29
<i>Solanum uescar. Ind. min.</i>	31
<i>Solanum Aethiop. fr. sulcato.</i>	33
<i>Solanum pomif. fr. striato.</i>	34
<i>Solanum Madagascatanum.</i>	34
<i>Solanum peregrinum.</i>	58
<i>Solidago mai. med. minor, mi-</i>	
<i>pima.</i>	52
<i>Solidago aurea, Saracenis.</i>	53
Solstitialis.	65
Sonchus.	81
Sonchus asper.	81
<i>Spina Solstitialis.</i>	65
<i>Stoebe maior.</i>	67
Stoechas fol. serrato, refl.	53
Stoechas ferratifolia.	54
Stoechas fol. serrato, et cri-	
<i>spo.</i>	54
<i>Stramonium Aegypt. fl. pl.</i>	22
<i>Stramgia folijs Xanthii.</i>	12
<i>Stramonium uerum Dioscor.</i>	23
<i>Stramonium peregrinum.</i>	25
Symphytum.	51
<i>Symphytum maius.</i>	51
<i>Szaley.</i>	24
T.	
T Araxacum	80
<i>Tormentilla.</i>	53
Trachelium fl. albo.	18
Trachelium fl. coerule.	18
Tragopogon.	79
Trichomanes.	87
Tridens	69
Tulipa.	38
Tussilago.	69
V.	
V Esicaria fr. mai.	57
<i>Vesicaria fr. min.</i>	57
<i>Vesicaria nigra.</i>	58
Virga aurea	53
<i>Vularia.</i>	18
X.	
X Iphion.	81
<i>Xyris.</i>	21
Z.	
Z Acyntha.	80
<i>Zoophyta.</i>	71

Re

Register der Deutschen Nahmen.

A.		H.	
A loen/ allerhand Sorten	6. 7	H als: Kraut mit weißer Bl.	18
B.		H als: Kraut mit blauer Bl.	18
B asilicken/ allerhand Ar-	49	H äubechel ohne Stacheln.	55
ten.	49	H aus: Laub / ausländisch.	47
B eintwelle.	51	H eidnisch Wund: Kraut.	53
B isem: Storchschnabel.	64	H ellparten: Kraut.	56
B lut: Kraut.	64	H erz: Saamen / groß und klein.	57
B runelle.	50	H immel: Chau.	82
B uch: Spick / sonderlicher	74	H irsch: Zunge.	89
D.		H uff: Kattich.	69
D atura gefüllt.	22	H unds: Kobl / American.	5
E.		Konstöder.	4
E rten: Gries.	89	H unds: Kobl / Syrischer.	4
F.		I.	
F igen: ähnliche / fremde Gewächse.	46	I ris / allerhand Sorten.	19
F locken: Blume.	67	K.	
F rauen: Haar.	86	K aiser: Kronen / allerhand Arten.	42
F eltillerie.	40	K etmia mit schwefelgelber langer Blume.	27
G.		L.	
G icht: Rübe mit rother Beere	32	L eb: Aepffel / Aethiopi-	33
G icht: Rübe mit gelber Beere.	32	sche.	37
G icht: Rübe mit grün: und weißer Beere	33	L öffel: Kraut / groß.	37
G ulden: Günsel.	52	M.	
		M ischlach.	86
		M auer: Haut.	86
		M et.	86

Register.

Meloten mit gelber Bluz me. 55	Stech-Appffel. 25
Milg-Kraut 83. 88	Stern-Distel/sonderlicher. 65
Mönchs-Köpfflein. 58	Stoehas-Kraut/ gekerbt. 53
Mönchs-Rhabarbar 84	Storchschnabel/ allerh. Cor- ten. 60
Rost-Blust. 60	
N.	
Narcissen- Liligen. 40	Nusend-schöngen. 53
	Toll-Kraut. 29
	Toll-Kraut/ Afric. stachlicht. 28
	Tormentille. 53
P.	
Pasions-Blume/groß 71	Tulpen/ allerhand Sorten. 38
Pasions-Blume/weiß/ klein. 73	Türkischer-Bund/ allerh. Arten. 43
R.	
Rhabarbar/ Mönchs. 34	Rilichen/ gelbe/ gefülte/ mit verguldeten Blate. 37
Rittersporen. 53	
Rösshub. 70	
Ruprechts-Kraut. 64	
S.	
Sauer- Amffer/ Ameris canisch. 35	Sallwurz. 51
Schluten/ schwarze/ welsche. 58	Wasser-Linsen. 89
Schneerwurz. 51	Wein-Blume. 60
Schwarzwurz. 51	Wider- Tod. 87
Speichel-Kraut. 69	Wider- Thon/ gülden. 88
Speichel-Wurzel 67	Wilde-Garbe. 60
Spillen-Distel. 66	Wirtel- Distel. 66
	Wocken- Distel. 66
	Wunder-Baum/ ganz roth. 81
	Wunder- Blume. 1



46 3
AB 46 $\frac{3}{h, 16}$

ULB Halle 3
001 953 494




SR

Robert







B.I.G.

Farbkarte #13

...VI
...ENTVS
...MEDICI
...EMIAE
...RGENSIS
...ANTE
...HEVCHERO
...ANATOM. ET BOTAN.
...PVBL.



...BERGAE
...OV. MEISELIVM
...EC XIII.

